illā pfectōz et talē unionē. nisi dare' ei ali-
qd̄ exēplū alic' p̄iunctōis sibi note rez maxie
distātiū qd̄ sit i p̄iunctōne aīe cū corpe. Nāz
nlla p̄portio ē inf' aīaz et corpe. Nā aīa spū-
alis. illō materiale. aīa immortal. illō mor-
tale. aīa inuisibilis illō visibile. illa nobilis-
sima silis anglis p̄pter intellectū. illud spur-
cissimū sile iūntis. Et tñ cū sit tāta dispro-
portio inter ea. in tāta aicitia de' ipsa uniuē
ut nūq̄ alterz vellet ab altero separi etiā in
piuris. An apl's. Ipsi nos p̄mitias sp̄s ha-
bētes. ingemiscim'. eoq̄ nolū' expoliari:
sz supuestiri. Sic ḡ potuit de' res ita distā-
tes in tāta aicitia adinuicē p̄iungē. porrit
nulli dubiū et aīaz vtuosi. illa unione clare
visionis et b̄ssime fruitōis secū p̄iūgē. et sic
h' rei fiducia vigorat'. Scda rō fm eūde
est. ut aīa unita corpi sic ex eo sustinet plā
mala et bella. nā caro p̄cupiscit aduēl' sp̄m.
sic inde sibi acq̄rat resistēdo maiorē coronā.
Quāto enī q̄s cū plūbo hostibz gerit bellū et

biuti' laborat. si victoriā obtinet. tāto glio-
sior ē triūph'. Hō autē nōsolū impugnat a
suo spū ut angelus prim'. aut a demone ut
Adā terrenus. sed ab innūeris demonijs. a
passionibz carnis. nō tñ semel: sz dū viuit.
Ad qd̄ etiā vidē face' qd̄ dicit Lactāti' i li. vj.
instic. s. q' de' excogitavit inenarrabile op'.
ut. s. infinitā multitudinez aīaz crearet. q̄s
p̄or fragilibz et imbecillibz corpiibz alligatas
p̄stitueret. bonū malūq̄ medias. ut p̄stātibz
ex vtrisq̄ nature v̄tute p̄ponēt. ne immorta-
litate delicate asseq̄rent' ac molliter. sed ab
illō efne vite. ineloq̄bile p̄miū. cū sūma dif-
ficultate ac magnis laboribz puenirēt. hec
illi. Potest tērcia rō adduci. s. ad maiorē
pulchritudinē vniuersi ac oīsioz sapie sue.
Nā quāto i ciuitate aliq̄ sūt plā rez genera-
tāto pulchrior reddit'. Tātoq̄z magis sapia
artificis maior apparet quāto plā artificia
variata pegerit. Fecit ḡ de' gloriosus. crea-
turas aliq̄s pure spūales: ut angelos. alias
pure materiales: ut elemēta et elemētata cū
corpiibz celestibz. his q̄z addidit creatam cō-
stātez p̄tim ex spūali. s. aīam. p̄tim ex mate-
riali: ut corpe. sicuti est oīs hō. ut dī exē. de
sū. tri. et fi. ca. c. j. In q̄ etiāz triphario ope
vniuersi rep̄ntat' misteriu'z trinitatis. dum
vnu vniuersū ex tribz rez generibz p̄stituit'
Cūq̄ aīa rōnalis corpi cū creat'. Cre-
atur aīa q̄libet. nō a principio mōi. ut q̄-
dāz heretici dixerūt. xxxij. q. iij. c. pl't. sz or-
ganizato corpe hūano cōcepto i v̄tro m̄ris
et distincto p̄ mēbra. tūc aīa creat' et creādo
corpi infūdit'. An Aug. Cōtēplemur factu-
ram Ade. In Adā enī exēplū datū est. ut ex
eo intelligat' qz iāz foīatū corpe aīam acce-
pit. Nā poterat aīaz limo terre admisceri.
et sic corpe foīari. Sz rōne infirmabat'. In-
firmabat' glo. i. rōe. Dec snia destruebat' qz
p̄mū oportebat domū p̄paginari. et sic inha-
bitatores induci. Aīa certē qz sp̄s ē. in sicco
bitare nō p̄t. Sed i sāguine ferē habitare.
Cū ḡ liniamēta p̄pacta nō fuerint. vbi erit
aīa. xxxij. q. j. Quod vō nō foīatum.
De modo uniois ani .S. j.
me cū corpe. No. fm An. i spec. histo. q' aīa
p̄t p̄siderari. put est sba. et sic p̄t dī aīa q̄si
animās et p̄ficiēs corpe. Et fm hoc ē i eo sic
p̄fectō i suo p̄fectibili. sic foīa i materia. vñ
destructo corpe destruit' aīa inq̄tū foīa. nō
aī inq̄tū ē sba. i. sp̄s. Sic ei dī aīa ab a qd̄ ē
sine. et mēnen qd̄ est defect'. q̄si sine defectu
quia nūq̄ illa suba deficit. Q. aut dicit Aug.
animāz nō esse i corpe ut formam in mate-
ria. intelligendum est fm omēz modū quia
s. anima sepatatur a corpore fm qd̄ est substā-
tia. forma vō fm rem nullo modo sepatatur
a materia. Itaq̄ non est anima unita cor-
pori p̄ modū cōtinuatōis quia continuatio

terminū hē fm quē res alteri p̄iungit. nec est p̄ totū illud cū quo p̄tinuatur. **A**īa autē est p̄ totū corp⁹ absq; termino ⁊ situ. **E**ū dicit **Aug⁹**. q̄ nō est in corpe sicut vinū i vtre. s; tota toti corpe p̄iuncta est. **E**adē rōne nec p̄ modū p̄tigitatis. sed nec p̄ modū mixtōnis. q; i mixtōe oportet esse p̄tū diuisionē. ⁊ q; nō p̄ q̄dēz quātocūq; corpe misceri. aīa vō quātocūq; corpe p̄iungit. **S**ilicet nec p̄ modū imp̄ssionis. **I**mp̄ssū em̄ nō subsistit sine eo cui est imp̄ssum. ut p̄t; i forā imp̄ssa statue vel sigillo. **S**; p̄ modū agglutinātōnis. **E**ū em̄ egredif vel excludif semē ab homine i pueri generatōne. spūs q̄ d̄ edificatōr vel artifex simul egredif. qui dispositōnes acquirit i corpe priusq; aīa infundat. et q̄i ab eaz recipiēdā habilitat corpe v̄l coraptat. **S**icq; ista duo i vnū glutinat. **S**unt aut vnū nō ut p̄tinuū v̄l indiuisibile. s; vnū rōne. nō q; sit eadē ratio vtriusq;. sed q; faciūt vnū cui⁹ est vna ratio. s. hoīez. hec ille. **F**it aut hec vnio aīe q̄ tūc de nouo a deo creatur. in capite. xl. diez a principio p̄ceptōis quo ad mares. vel. xlvj. ut notat mgr̄ sent. post **Aug.** in. iij. dif. iij. **(E**t ut dicit **Inno.** ex̄. de cele. mis. in q̄baz. **A**d compositōz aīe corpe elemēta p̄currūt videlz terra. aq̄. aer et ignis. **E**t ad vegetatōz eiusdē corpe q̄tuor humores p̄siles illis p̄ueniāt. videlz sanguis. colera. flegma. et melancolia. hec ibi. **C**olera est sicca ⁊ calida et p̄gruit igni. **S**anguis est calidus et humid⁹ et cōgruit aeri. **F**legma humidū et frigidū ⁊ p̄gruit aque. **M**elancolia frigidū et siccū et p̄gruit terre. **E**x his humorib; hē homo inclinātōz naturalē ad aliq; vitia et ad aliq; virtutes ⁊ scientias. **N**am colerici inclinātur ad irā ⁊ ad magnanimitatem ⁊ fortitudinē. **S**anguinei ad luxuriā et ad beniuolentiā ⁊ affabilitatē. **F**legmatici ad pigritiā et incuriā ⁊ māsuetudinē et patiētiam. **M**elancolici ad desparationem ⁊ suspitōnes p̄punctōez ⁊ modestiā. **E**tū ad scias fm **Joh.** d̄fici i d̄yologo suo post **Albertū magnū**. colerici inclināt ad metaphisicalia. sanguinei ad naturalia. flegmatici ad moralia. melācolici ad poeticalia. **H**is etiāz correspondēt quatuor passiōnes animi. **G**audiū sanguini. spes colere. timor flegmati. dolor seu tristitia melancolie. **E**t sicut ex inpropor̄tione humorū corpe generat infirmitas. ita ex inordinatōne passiōnū infirmitas p̄c̄i. que tantēz inducit mortem. **I**n hui⁹ figurā d̄ **Luc.** vij. hi q̄ portabāt. s. mortuū steterūt. **H**i qui portāt mortuum in aīa ex inordinatōne passiōnū sūt. gaudiū mōi. spes lōgeue vite. timor nō valēdi penitēre vel recidiuādi. dolor aduersorū que ducūt ad sepulchrū inferni. **S**; grā xp̄i cessādo a malis reuiuiscit p̄cor.

Vnitur autē anima **S. q.** humana tali corpe. s. humano valde p̄uenienter. **E**t ratio est fm. **b. Tho.** i prima p̄e q. lxxvj. q; aīa intellectiua fm nature orbem infimū gradū tenet i substantijs intellectualib;. intātū q; nō habz naturaliter sibi inditam noticiā veritatis sicut angeli. s; oportet q; eā colligat ex rebus sensibilib; p̄ viam sensus. ut dicit **Dionisi⁹**. **N**atura aut nulli d̄est i necessarijs. **E**ū oportuit q; aīa intellectiua nō solū h̄ret virtutez intelligēdi sed etiā sentiendi. **A**ctio aut sensus nō fit sine corporeo instrumētō. **S**oportuit q; aīam intellectiua ⁊ tali corpe vniri. q; posset esse p̄ueniēs organū sensus. **O**mnes aut alij sensus fundātur sup tactū. **A**d organū aut cōueniens tactus requiritur q; sit mediū inter cōtraria q; sūt frigidū et calidū. humidū ⁊ siccum et silia. q̄rū est tact⁹ app̄hensiuus. **S**ic em̄ est i potētia ad p̄traria. et p̄ sentire ea. **E**ū q̄to organū tact⁹ fuerit. magis reductū ad equalitatem p̄plexionis tanto p̄ceptibilior est tactus. **A**nima aut intellectiua habet p̄pletissime virtutez sensitua; q; q; est inferioris p̄existit p̄fectius i superiori. ut dicit **Dionisi⁹**. **E**ū oportuit corpe cui vnit aīa intellectiua eē corpe mixtū inter oīa alia magis reductum ad equalitatem cōplexionis. **E**t p̄pter hoc inter oīa aīalia homo est melioris tact⁹ ⁊ inter ip̄os hoīes. qui sūt melioris tactus. sūt melioris intellectus. **Q**ui signū est q; molles carne bene aptos mente videmus. ut dicit in sc̄do de aīa. hec. **b. Tho.** **Q**uis aut anime humane sint sube incorporee in se ut angeli. nō tñ sūt singule d̄fisarum sp̄ez ut angeli. s; oēs aīe siue vnite siue separe sunt vni⁹ sp̄ei. et eiusdēz p̄fectōis naturalis. etsi nō accidētalis. **Q** autē vna aīa sit acutior et virtuosior alia. procedit vel ex meliori corpe dispositōe ⁊ p̄plexione. v̄l ex meliori exercitio. vel ex maiori grā collata. **E**ū **Dap.** viij. d̄f. **S**ortit⁹ sum aīaz bonaz. **I**n vnione aut anime cū corpe aīa ip̄a q; a deo immaculata creat maculā p̄trabit originalis p̄c̄i. p̄pter qd̄ videt q; nō deceat diuinam sapientiā aīaz humanā corpe infundere. **N**az nullus sapiens ponit thesaurum suū i loco i quo maclaz p̄trabit. **S**; ab hoc r̄ntēf tripliciter. **P**rimo sic. q; sic non essz sapiēs q; thesaur⁹ in loco mūdo p̄seruabilem. poneret i loco immūdo. ita esset valde insipiens; q; thesaur⁹ nō aliter p̄suabilez etiā ponēt i loco immūdo. ⁊ p̄cipue si emūbandi thesaur⁹ possibilitas remanēt. **S**ecdo p̄ sic r̄ntēf. q; q̄uis illi qui i peccato mortali nascūt sūt obnoxij. ut p̄uēt illa p̄cipatōe diuine bōitatis. q; i p̄ria b̄ os efficit. tñ p̄cipāt facultatē p̄cipādi illā. **E**ū nō

deficit penit' opus dei. p̄cipue a fine: cuz p̄
 ueniēdi ad finez ultimū nō tollat facultas.
Tercio sic r̄ndē. q̄ macula v̄ culpa origi-
 nalis nō p̄trahit ex v̄nionē aīe ad carnē: s̄z
 ex volūtate p̄mi p̄ntis. q̄ actualiter peccā-
 to p̄ inobediētiāz infecit totā naturāz hūa-
 nam q̄ virtualiter erat ī ip̄o fm̄ rōnē seia-
 lem. **hec. b. Tho. sup. ij. sent. dis. xxxij. Et hīc**
Aug. Traxit ḡ reatū. s. creatura nascēs. q̄a
vnū erat cū illo et ī illo a q̄ traxit. q̄n̄ illud
q̄d p̄rit admissū est. j. q. iij. Itā itaqz. Nō
obstāte ḡ ifectōe aīe p̄dicta decuit deū aīaz
corp̄i hūano infūtere p̄ p̄ctm̄ p̄m̄oz p̄ntū.
et hoc triplici rōne. Et p̄rio ex p̄te diuīe p̄-
uisētē. sc̄do ex p̄te diuīe sapiētē. tertio ex
p̄te ostēnsionis diuīe iusticie. Et tūc ad p̄-
maz rōnē claz est. q̄ nō erat decēs q̄ de sua
opa immutaret ab eo q̄ p̄uidit q̄ instituit.
Cū qz vel essēt mala. tū qz si nō essent mala
tū potuisset ea facē meliora. S̄z sic ab eter-
no p̄uidit et ī tpe sic instituit. ut hoīes per
sexuū p̄mixtiōnē generarēt. q̄ q̄ corp̄i p̄ coi-
tum seminato aīa infūteret. ḡ nō decuit q̄
deus hoc immutaret. Sec̄da rō est ex p̄te
diuīe sapiētē et est talis. nō est sapiētis ī-
bucere maiorē defectū ut minor defect' eui-
ctetur. immo ecōuerso. Sed maior essz defe-
ctus si humanū gen' nō multiplicaret etiā
sic infectū. q̄ si aīe corp̄ibz hūanis nō infū-
derēt. Cū qz si nō multiplicaret gen' hūa-
nū. nō impleret numer' electoz. cui q̄dam
modo oīa coopant. Cū qz dimittēt natura-
lis generatiōis p̄cessus. q̄ est p̄ p̄mixtiōnē se-
rus. Cū qz s̄btraheret oīm rep̄ q̄daz grad'
Nā si aīa tali corp̄i nō vniretur. oporteret
q̄ oīno aīa nō crearet. vel q̄ alteri' nature
essz. et sic ī vnīuerso hec natura nō essz. S̄z
hoc nō decz diuīnā sapiētā qz tūc vnīuersū
imp̄fectū esset. Tercia rō est ex p̄te ostē-
sionis diuīe iusticie. Ex hoc em̄ q̄ aīa vnī-
ta corp̄i cōtrahit originale p̄ctm̄. vñ p̄cedit
p̄cupiscētia et penalitates plime ī punitōz
ip̄i' p̄cti. q̄ vnū fuit traductū ab Adā ī po-
steros: ostenditur q̄ seuerē de' p̄ctā puniat.
Un̄ Zach. xij. c. dī. Adam exemplū meuz
ab adolescētia mea. S̄z sciendū ē q̄ ip̄a cō-
cupiscētia seu fomes dupliciter p̄ p̄sidera-
ri. videlicet put hē rōez culpe et put habet
rationem pene. Et primo modo cōsiderando
put. s. habet rationez culpe inq̄tum scilicet
p̄cupiscētia est peccatū. q̄ ad p̄ctm̄ sequēs
inclinat. sic talis fomes seu p̄cupia nō est a
deo. sicut p̄ctm̄ actuale Adē nō habuit deū
autoz. sed ip̄az volūtātē: q̄ ex p̄cto actua-
li fuit deordinata. Un̄ Aug. inquit. Qz illud
quo hō fit deterior nō est a deo. Sed si cōsi-
deret sc̄do mō put. s. p̄cupiscētia hē rōnez
pene. sic hui' pene de' est causa. nō sic agens
influens vel immitēs penā aliquā. s̄z sicut

nō agēs vel nō influēs suā grāz. ex q̄ fomes
 ordinat' erat. i. s̄sualitas s̄bbita rōi p̄fecte.
 hec. b. Tho. in scripto sup sc̄do sen. dis. xxxij.

Notandum est autē q̄ .S. iij.

licet p̄ baptismū tollat' pena eternalis q̄ de-
 bet' ex p̄cto originali p̄sone. s. carētia diuīe
 visiois. nō tñ tollitur pena t̄p̄alis q̄ debetur
 nature ex ip̄o peccato originali. cui' est in-
 ordinata p̄cupiscētia v̄ pugna carnis ad
 spir. tū. fomes. necessitas moriēdi. et h̄mōi.
 Voluit autē deus istas penas remanere p̄
 baptismū triplici rōne. **Prima** est ad ma-
 nifestandū equitatē v̄ infallibilitatēz diuī-
 ni iudicij. ut. s. illa sn̄ia quam dictauerat de
 morte Adē q̄ posteroz ei'. immobilis p̄ma-
 neret. Un̄ ab illa sn̄ia nemo euadit. **Sec̄-**
cūda est ad ostendēdū fructū passionis xp̄i.
 qz si dñs curaret naturam et fomitez. filius
 nasceret' immunis a culpa. nec indigēt re-
 generari a xp̄o deo. Et igr̄ oēs passione xp̄i
 se coḡscant egere. data est virt' sac̄o bap-
 tismi a passione xp̄i. qd̄ ad hoc est ordinatū.
 ut penas remittat p̄sonales: nō naturales.
 qz remedium respicit p̄sonam nō naturam.

Tercia rō est ad amplificandū meritū li-
 beri arbitrij. qz h̄mōi penalitates ad bonuz
 multipliciter p̄mouēt. licet em̄ p̄ baptismū
 nō tollantur h̄mōi penalitates. tñ p̄ ip̄m ba-
 ptismum effici. ut pene sup̄dicte remanen-
 tes. nō dominēt ī p̄sonā: sed magis ei subij-
 tianē et cedāt ī utilitatēz ei'. inq̄tū sūt ma-
 teria virtutis. et occasio huilitatis. et exer-
 citij. **hec. Tho. i. iij. dis. iij. et Alexād. in sū-**
ma p̄te. iij. Et nota q̄ quīs simpliciter lo-
quēdo meli' esset fomite nō habere q̄ habere.
tñ fm̄ quid. i. q̄ tū ad aliquēz statū hoīs.
expedit hōi fomite habere. ne in sup̄biā ela-
tōnis cadat. Et p̄ter alias utilitates supra
assignatas Tho.

Sciendum autē fm̄ .S. iij.

Dugonē cardinales sup. ps. xxxij. q̄ aīa in
 scriptura sacra sumit' mltipliciter. **Et p̄-**
mo quidem p̄ toto homīe. ut ibi **Leui. v. Si**
peccauerit aīa. i. homo. et Exo. j. Erāt oēs
aīe eoz qui egressi sūt d̄ femore Jacob. lxx.
Nec em̄ aīe sole egressē sūt de femore Jacob
sed cum corp̄ibz. Sec̄do accipit' p̄rie p̄
 ipsa forma substantiali homīs. que corpus
 informat et viuificat **Sapiētē. iij. Justozū**
anime in manu dei sūt. i. in p̄uidētia et p̄-
rectōne. et non tanget illos tormētum mor-
tis. s. eterne. Tercio p̄ potētis aīe omī-
 bus. ut ps. cūj. **Benedic anima mea domino**
Anima autēz nō opatur nisi mediantibus
 suis potētis. **Ante** quasi se declarās subdit.
 et pro id est. oīa que intra me sunt. i. omnes
 potētē. intellect'. volūtās. s̄sus. nomī sc̄o
 eius. **Quarto** accipit' p̄ aliqua potentia

ei. Et aliqñ p potētia vegetatiua. fm illd
 Iuiliabā i ieiunio animā meā. Iuiliabā em̄
 i. affligit vegetatiua potētia dñi minuitur
 sibi nutrimentū cibi p ieiuniū. Et Job. ij. Cū
 cta q̄ hē hō bābit p aīa sua. i. vita pseruan
 da q̄ ptinet ad vegetatiuā. Quinto p po
 tētia sensitua. ut illd Job. xij. Nūc aīa mea
 turbata est. Turbatio ppe est sensitue ptis.
 et p̄cipue in xp̄o q̄ illa verba dixit nō pote
 rat esse aliq̄ f̄batio rōnis. cū p̄prehēsor esset.
 Et Luc. xiiij. Qui nō obit aīam suā. i. affe
 ctus sensuales. nō est me dignus. Sexto p
 rōne. ut illud ps. Intrauerūt aq̄. i. tribula
 tionū et tēptatōnū vsq; ad aīas meā. i. rōez
 ad suffocādum eā p cōsensū. Septimo p
 intellectu. ut illd Deut. vj. Diliges dominū
 deū tuū ex toto corde tuo. et ex tota aīa tua
 et ex om̄i mente tua. i. ex tota volūtate. in
 telligētia et memoria. Et Job. vij. Elegit su
 spendiū aīa mea. i. intellectus me^s suspēdiū
 p̄templatōis. p qd̄ intellect^s eleuat a terres
 nis. et mortem. i. vitioz ossa mea. Octa
 uo p cōscia. ut illd Eccl̄i. xiiij. Iustificā aīaz
 tuā. i. p̄sciētiaz. Nono p libero arbitrio.
 ut illud ps. Aīa mea. i. libez arbitriū i ma
 nibz meis sp̄. i. i om̄ibz meis opibz. qz sp̄ re
 manet illud ad opanduz bonū vel malum.
 Decimo sumit p voluntate. ut Cant. iij.
 Indica mihi quē diligit aīa mea. i. volūtas
 mea. Et illd. Aīa mea liq̄facta est. i. volūtas
 mea remota om̄i pigritia q̄ frigiditate ad
 deū currit. ut dilectus locut^s ē mihi inspirā
 do et grāz infundēdo i me. Undecimo p i
 tentōne. ut illud Job. xiiij. Aīaz meā. i. intē
 tōnē i manibz meis porto. Naz finis ad quē
 respicit intētio mouet agētem ad opandū.
 Et Act. iij. Multitudinis credētū erat cor
 vñū. i. voluntas et aīa vna. i. intētio i dño.
 Duodecimo p statu hoīs vario. fm illud
 Job. xvj. Utinā eēt aīa mea p aīa vīa. i. sta
 tus me^s esset ut vester. Cōsolaret^s ego vos
 fmoibz q̄ mouerē caput meū sup vos. Ego
 em̄ afflic^s sum q̄ miser et vos felices. Et sic
 variat stat^s aīaz i alia vita. Tredecio p
 affectu intēso i bonū vel malum. ut Isa. v. q̄
 ab malū. Dilatauit infern^s aīaz suam. i. de
 mones q̄ damnati. q̄toples descēdūt ad dā
 natōnez. tātoples appetūt damnari secū. Et
 ex defectu scie et cognitōis diuinoz i hoībz
 creciscit affectus q̄ malicia ad decipiēdū i de
 monijs. fm istas acceptōes h̄ tractabitur de
 aīa. i. de toto hoīe. de ipā essentia aīe. de sin
 gulis potētijz eius.

Capitulum septimū de quidditate hoīs
 et ei^s excellentia.

Auda anima mea do
 minū: laudabo dñm i vita mea
 ps. cxlv. Quia in vita p̄nti non
 opat^s aīa n̄ra nisi mediāte corpe. cū oīs n̄ra

cognitio ortum hēat a sensu. Ido q̄ corpe q̄
 aīa laudād^s ē. attēctioe aīe. et corpis voce.
 Et vere frequēter debz laudare tot^s hō. cū i
 se recepit p̄tinētia mūdi. tante excellētie est
 fm nāaz ut infra declarabit^s: q̄a p̄ p̄nci
 palis hoīs est aīa. q̄ totū aliqñ tenoiat^s a p̄
 te p̄ncipaliori. Ido noīe aīe intelligit^s aliqñ
 tot^s hō ut dictū est sup̄. Et iō nūc de toto hoī
 mine agendum.

De quidditate hoīs seu .S. j.

declaratōe ipi^s pulcra h̄ p̄ h̄ri ex verbz Sa
 lomonis Eccl̄s. ij. ubi ait. Quid est hō ut se
 qui possit regē factorē suū: Elbi p̄mo ponit^s
 fm vnā expositiōnē inq̄sitio ibi. Quid ē hō:
 scdo ad hoc r̄nsio. ibi. ut seq̄ possit r̄c. Ex q̄
 r̄nsione eliciūt tria fm dñm Job. dñici sup
 Eccl̄s. Abihec oīa poit^s: q̄ infra ponit^s pau
 cis abiūctis. Et p̄io hō ē libtate p̄torat^s vo
 lūtatis. qz seq̄ possit. q. b. talis est qz seq̄ p̄t.
 Scdo hō ē dignitate sublimat^s entitatis. qz
 seq̄ possit regē ut rex. Tercio hō est ḡuitate
 p̄format^s vanitatis. qz factorē suū. dñi em̄
 bic factorēz memēto te factū ex limo. Et sic
 subtilit^s Salomon de hoīe sub breuitate ver
 boz et sensus diffuse p̄cedit. Naz ut nāalis
 r̄ndet de hoīe. qz est aīal rōnale p libtatez
 arbitrij qz sequi possit. Et astrolog^s r̄ndet.
 qz ē microcosm^s. i. minor mūbus. qz i se p̄ti
 net totū orbis dignitatem: qz regē. Et ethi
 cus respōdet. qz est nat^s de muliere breui vi
 uens tpe replect^s multis miserijs. Unde dicit
 factorēz suū. qd̄ b̄ respectu corpis. Dico
 ḡ p̄mo qz cū querit^s. Quid est hō: qz Salo
 mon r̄ndet ut bonus nāalis. qz ip̄e p̄torat^s
 est libtate volūtatis: qz seq̄ possit. De hac
 libtate loq̄t^s Is^s fili^s Sirac Eccl̄i. xv. dicēs.
 De^s ab initio p̄stituit hoīez et reliquit illū i
 manu cōsiliū sui. adiecit p̄cepta q̄ mandata
 sua. Si volueris mādata seruare p̄suabūt
 te et imp̄petuū fidez placitā facē. Apposuit
 tibi aquam et ignē. ad qd̄ volueris: porrige
 manū tuā. Ante h̄cīez vita q̄ mors bonū et
 malū qd̄ placuerit ei: dabit^s illi. hec ibi. Doc
 at^s liberū arbitriū. ut mgr̄ sen. poit^s i. ij. dis.
 xxv. c. j. Et facultas rōnis q̄ volūtatis qua
 bonū eligit^s grā assistēte vel malū eadē desi
 stēte. Libtas p̄tinet ad volūtate q̄ sola inter
 potētias aīe libera ē. Nā nō p̄t intellect^s nō
 intelligē obiectū sibi clare p̄ntatū. Nec p̄t
 intelligē obiectū obscure sibi p̄ntatum. Nec
 p̄t intelligere qñ vult. qz nō itelligere qñ nō
 vult. alr̄ dicem^s qz aīe dānatōz possēt se be
 atificare. et maxima pena ē scire se esse pri
 uatum glā eterna. et scire se esse i penis. Si
 igitur anima possz libere intelligē et libere
 nō intelligē. sequit^s qz aīa dānati possēt libe
 intelligere se nō eē puatam. qz sic eadēz rōne
 possēt se intelligē app̄hēdere deū et sic eē be
 atam. Dico igit^s qz oīs libtas que est i hoīe.

est a voluntate et nulla alia. Arbitriū autē dī
rōnis. Rationis est em̄ discernē inter bonū
et malū: et stādum ē ad suū arbitriū. Dicit
ḡ liberū arbitriū facultas rōnis et volūta-
tis. Et seq̄t̄ ī ip̄a diffinitōe. Quā bonū eligi-
tur r̄c̄. Et ex hoc videt̄ q̄ nō sit ī n̄ra p̄tate
facere bonū: q̄ dīc assistēte gr̄a. ḡtia em̄ est
a deo. et est gratis data et ḡtū faciēs. Nāz si
nō ess̄ gratis data. nō eēt gr̄a s̄z debitū: igr̄
videt̄. q̄ nō habem̄ libez arbitriū ad bonū
sed ad malū: maxime cū determinatū fuerit
alibi. q̄ nemo bñfacē p̄ nisi primo moue-
atur a deo. Et sic videt̄ q̄ īspōsio Salomo-
nis sit falsa. q̄ principaliter ponit liberū ar-
bitriū ut seq̄ possit hō factorē suū et nō dīc
ut recedē possit a factorē suo. Idic sub breui-
tate r̄n̄deo. q̄ libez arbitriū est p̄cipaliter
tā ad bñ opandū q̄ ad male opandūz ī no-
bis. Nāz dictū est libez arbitriū p̄tinere ad
rōnem vel volūtatē. In volūtatē at̄ est na-
turale desiderīū seq̄ et inuenire sūmū bonū.
ut alī dictū est. Et est p̄ p̄ns naturale odiū
ad fugiēdū malū. Ratio at̄ nō h̄t nisi iudic-
care qd sit bonū qd sit malū. et nō plus affi-
cī q̄ ad iudiciū ad unū q̄ ad aliud. Ex q̄ se-
quitur q̄ libertas arbitrij fortior est ad bo-
num q̄ ad malum: et ideo sapiētissime dixit
Salomon. ut sequi possit: et nō ut fugē aut
recedere possit. Et ut tibi clarius sit solutio
dubij. q̄liter sit ī p̄tate et libertate sequi deū
et facere bonū. quāq̄ om̄e bonū p̄mo a deo
mouēte p̄cedat: nota duo familiaria exem-
pla. Quoz primū est diuī Aug. sup illō Jo.
Nemo p̄t venire ad me nisi p̄ me traxerit
eum. Et est tale. Imagineris unū piscatorē
qui hamo capite piscē. ille post hamū et escā
et totū ponit sub aq̄s. Considera modo si est
in p̄tate alicui piscis intrare gremiū pesca-
toris vel nō. Dicēdū est q̄ nō. Nā esto q̄ pi-
scis capiat escā et hamef. si piscator nō tra-
xerit sursum hamū et piscē: nūq̄ piscis exiret
de aq̄s. nec ad piscatorē ascenderet: s̄z neces-
se ē ut piscator trahat. Considera scdo si ī po-
testate piscatoris est trahere ad se pisces cū
vult. Et siliter dicēdū q̄ nō. Nāz si piscator
p̄ mille annos ēberet sursum hamū: et piscis
nō esset affix̄ hamo. nūq̄ trahēt piscē. q̄s ḡ
ordo est huius! Est p̄rio q̄ piscator aptz ha-
mum inuolutum esca. demū mittat ī mare.
Deinde q̄ piscis sponte veniat et capiat ha-
mum sub esca. Postremo vō q̄ piscator tra-
hat piscē. Nāz puto q̄ habes incōtēz. Deus
ē piscator q̄ posuit escā suoz p̄ceptoz ī hoc
mari magno et spatiofo. sub q̄ esca latet ha-
mus. i. amor. Nā oīa p̄cepta ad amorē refe-
rūt. Ecce ḡ q̄ dē incepit. S̄z necē est q̄ tu
seq̄ris et vadas ad capiēdū escā et amorē. et
tūc dē p̄ suū amorē trahet te. Si ḡ tu nō ve-
nis nō trahēs. Et si nō te traxerit. nūq̄ ibis
ad eū. Bene ḡ dīc Salomon cū querit̄ qd ē

hō. q̄ ip̄e est ī libtate arbitrij ut seq̄ possit.
Ad hoc etiaz facit qd̄ Aug. dīc ibidē videt̄.
Noli cogitare te inuitū trahi. nō ei inuitus
trahit̄ anim̄ sed amore. Est quedā volūtas
cordis cui dulcis ē p̄is ille celestis. Porro
si poete dicē licuit. Trahit̄ sua quēq̄ volū-
ptas. nō obligatio s̄z delectatio. Et magis
dicim̄ trahi hoīem ad x̄pm. q̄ delectat̄ veri-
tate: delectatur bñtubine. delectat̄ iusticia
delectatur vita et̄na. qd̄ totū est x̄pc. Hamū
oīdis ouī et trahis eā. Noces oīdis puero
et trahis eū. Idic et̄ Ambro. Volūtariū mi-
licē sibi elegit x̄pc. Volūtariū suū diabolus
actionatur. xv. q. j. nō est. Et ī hoc est silitu-
do ad deū qui oīa opatur fm̄ p̄siliū volūta-
tis sue nullo cogēte. et hō ē dñs actūū suoz.

Dico secūdo q̄ cū que. S. ij
rit̄ qd̄ est hō. q̄ n̄ Salomō r̄ndet: ut astro-
logus. et dīc q̄ est dignitate sublimatus r̄c̄.
Quasi velit dicē. q̄ ip̄e hō est minor mūdus
q̄ dī microcosm̄. Ubi debes scire fm̄ Tho.
sup Job. i. c. j. q̄ mūd̄ est triplex. s. magnus
immo maxim̄ et iste est deus. scdo ē medī.
et iste est mūd̄ creat̄ ī q̄ sum̄ nos. tercī est
mior. et iste est hō. Sic puto intelligebat Jo.
qn̄ dicebat ī mdo erat. i. ī seipso. Et sic dē ē
mūd̄. Et mūd̄ p̄ ip̄m fact̄ est. Et iste ē dē q̄
Gen. j. In principio creauit deus celū et̄ frā.
Et mūdus eū nō coguit. i. hō ad quē spectat
eū cognoscere. s. deū. Sic etiā videt̄ Ambro.
hoīez appellare mūdū. dif. xxxv. Sexto die.
Ubi dīc. q̄ p̄ cibos mūd̄ debebat imminuī.
i. hō. p̄ q̄s desiderat augeri. Et ibi glo. Et
rōem assignat Damascen̄ ī scdo libro. quia
mūd̄ dī homo q̄ p̄cipat cū oībo creaturis
mūdi. p̄ter qd̄ etiaz Grego. dīc ī om̄el. sup
illud. p̄dicatē euāgelīū om̄i creature. i. hōi.
qui dī oīs creatura rōne p̄dicta. h̄t et ī se si-
militudinē q̄si oīm. Ubi Alan̄ de plāctu na-
ture. introducēs nat̄az sequēt̄z sic ait. Ego
sum illa q̄ ad decorē mundane machine silū-
tudinez hoīs affilauī naturā. ut mea velut
ī speculo ip̄i mōi structa p̄pareat. Sic igr̄
cū audis regē. intellige hoīez eē q̄ dī rex. ut
suus p̄ncipalis rex q̄ dī mūd̄ maximus et̄
rex. q̄ sic ille rex maxim̄ oīa pugillo tenet
sic hō totū mūdū mediū ī se p̄met. Et ē alī
tercī mūd̄. Et vide staturā hoīs fm̄ Amb.
ī exameron de ope sexti diei. et Lactātiū li.
de opificio dei. additis q̄busdā ut visū fuēt.
P̄rio ī celo te natū scias. erect̄ cōstitut̄ es.
sursū spectās. Cervix vō rotūba ut celum.
Decē ei sūt celi. s. venēis amorose. mercurij
ḡtiosi. sol̄ lūiosi. martis vigorosi. iouis plu-
uiosi. saturni tēpestuosi. et stellarū fixaz cri-
stallinū. et empireū. p̄mos octo videt̄ hinc:
s̄z nō duos ultimos. Idos celos q̄re ī capite et̄
vide solē et̄ lunā duos oculos. martē et̄ mercu-
riū duas aures. saturnū et̄ iouē duas nares.

Enerē vnū os. **I**lli mūdum illuminant et gubernāt. **H**ec septem mēbra totū corp⁹ orbināt et decorāt. **S**tellatū celū i vertice capitis p̄sidera: cui⁹ stelle multe et decus sunt capilli. qui in hōie ad decus p̄tinēt. vt patz in his q̄ ex toto sūt capillatura prauati. **C**ri stallinū qd̄ non vides habes i fronte. vbi est sensus cōis. ⁊ empireū in memoria queraf. **S**ed hec aliquātulū aliter notāda sūt. **P**rimo capilli sūt necessarij ⁊ nīmīū estū et validum frigus. **C**apitis ps̄ supior vñ egreduntur capilli. posita est ad defendēduz cerebrū. **C**apitis p̄pa forma est sicut nauis. non p̄prie rotūda: s̄ exp̄ssa aliquātulū. cui⁹ medium p̄ dici carina. anteri⁹ p̄ora. posteri⁹ pupis. **E**t hec figura necessaria fuit. vt meli⁹ i ipso capite distinguerēt cellule sensuū. **F**rons est libera et apta: vt mētis habitum p̄abat. et sic a malis cogitatōibz abstrahas mētez. **S**upcilia sūt munimēta oculoꝝ. ne si de capite aliqb̄ cabat eos offendere possit pilis nigris implētur: vt visuꝝ magis p̄fortēt. **S**ūt offoli vt habeāt vñ recipiāt visibilia. **S**ūt palpebre vt a nocumētis tegāt: qz nobiles sūt. **S**eptez insup pelliculis ip̄a lux vel pupilla tegitur. vt a nullo estu vñ frigore ledi possit. **D**uo sūt vt si vnus abesset alē nō desit. nec plēs q̄ duo. q̄a turpitudō esset ip̄a multiplicitas. **A**ures at̄ eadē causa due sūt. licz vn⁹ tm̄ sit auditus sicut et visus nō nisi vnus. in q̄bo p̄tio abscondūtur foramīa. ne etiaz lebdatur abeꝝ facte sūt vt occulta et inuisibilia noscam⁹ ⁊ q̄ tortuosa. **C**artilago cū carne extra aures in ḡy cōponūf. fit ad vocis dultioꝝ boatū: qz dū p̄ eaz son⁹ reuoluitur. melodiaz quābā de nouo p̄ponit. et animus magis delectat. **N**ares at̄ ad hoc sūt facte vt cerebri purgamēta et toti⁹ interioris capitis inde extrahāt. **E**t nō est nasus totus ex osse sed ps̄ ex cartilagine. q̄a optet eū dilatari et cōtrahi. **P**er ip̄as etiā nares odoramēta sumūtur ad cerebri p̄fortatōez. **O**s teniqz p̄ cibo sumēdo batū ē: vt vita cōseruet. **I**n ore. n. dātur dētes ad masticādū ne stomachus grauef̄ cibo grosso. et lapidi⁹ q̄ sumim⁹ faciūt degustare. **O**s etiā et dentes p̄ loq̄la formanda sūt bata. q̄ velut plectro p̄cusso faciūt melodiā. **E**st. n. ip̄a lingua vt plectz. ūberās aerē sup palatū ⁊ dētes ⁊ labia. q̄ si vñ ps̄ eoz deessz efficef̄ vox n̄ sonora. **H**inc quāta melodia et varietas p̄sonātium sit nata. q̄ p̄siderare posset. i laudē sui prumpet creatoris. qui tantā speciositatez cōtulit hōi. **S**ed qd̄ singulari⁹ est oibz alijs linguis. sola humana loq̄laz inuenit. cūctis alijs aialibz existentibz mutis. **I**n hac ergo figura capitis toti⁹ celestis ornat⁹ continef̄. **D**emū vō a celis ad terrā descēdūt rozes et imp̄ssiones et calozes naturales: quibus

mūdus gubernat cōtinue. **E**t hoc est i hōie gula. p̄ quā ad corp⁹ nutriendū ab aīa descēdūt. cui⁹ pulchritudinē et gracilitatē si p̄tēplatus fueris: miraberis. **I**nde p̄cedūt mascululi. q̄i toti⁹ capitis bases. qz celū sua fortitudine sustētāt a deo sibi donata. **E**lenam⁹ ab brachia vbi sūt man⁹ et digiti decē. q̄ oīa ministrāt toti corp⁹ n̄fo. qz celi sūt illi q̄ influunt nobis necessaria inferi⁹. **S**ed ē manus apta ad largitatem mōstrandaz. digiti p̄cedūt ab vno frusto tendētes. ad unitatem docendam. **P**ost oēs celos sequit̄ spera ignis. quā sp̄ies i stomacho. vbi intēssim⁹ calor est p̄ digestionē fienda. **Q**ui stomach⁹ est velut olla. ad quā oīs calor corp⁹ sequit̄ cū cibū suscepit. **H**inc dicim⁹ bonū signū p̄ cibū frig⁹: q̄a totus calor currit ad stomachum. et exp̄imur mēbra esse subtiliora p̄ cibum q̄ ante i hōie sano. vt patz maxie de digitis mittēdo et exēbēdo anulū. **P**ost speram ignis sequit̄ spera aeris. i q̄ generatur pluuie. niues. et grādines. et imp̄ssiones diuerse. **S**i nō hoc. nec p̄ momētuz hō viuere possz. **H**ec i corde require sūt q̄ nec ple aliqs viuere valet. i quo generant̄ furta. homicidia. blasphemie ⁊c. **D**einde seq̄tur terra cōsufa cū aqua vbi fit generatio et corruptio rez. **E**t hoc q̄re i te hōie i ventre corruptōnibz. ⁊ genitalibz generatōis. **E**t qz terra suo pondere libzaf̄ siue sup nihil est sūdata. p̄ istas p̄tes due sequit̄ subtiles columnē: q̄bo corp⁹ om̄ie vebetur. nō sine miraculo grādi. cū videas boues et oues et eq̄s et animalia alia multos h̄re pedes crura simul et tibias fortioꝝa cruribz hōim. et tm̄ nō p̄nt recte s̄z solū prone p̄cedere. **I**git̄ hoc est miraculuz qz terra nō est sup graue corp⁹ sūdata. **I**sta est solutio sc̄da. **N**am cū querit̄ quid est hō: tibi r̄ndet vt astrologo. qz homo ē tot⁹ mūdus et p̄fectio oīm. **S**ic etiam respondebat **A**naxagoras. qui interrogatus qd̄ essz hō ait mensura oīm rez. vt habet̄. x. metaphisice. **S**ic forsitan intellexit **P**itagoras q̄nto interrogat⁹ ab qd̄ natus esset hō: ait. **C**ausa vidēdi celū. vt dicit̄ **L**actāti⁹. iij. institutōnū. c. xxiiij. qz debet̄ cōtēplari celū. ⁊ cū ei⁹ pulchritudinē cogiscim⁹. ad nosmetipos reuertit̄ et nos p̄suare: ne tānobile creat̄ az dānare velim⁹. ⁊ eā auferre a celo. **E**t ista p̄siteratō soleuat ad eū vt regem seq̄ris. **S. iij.**

Tercia questio est. quid ē hō.

et hoc q̄tū ad corp⁹ originē. **E**t ad hoc respōdet **S**alomon: dicēs. qz ē ḡuitate p̄fortatus vanitatis. **E**t sic r̄ndet vt bon⁹ moral et ethic⁹. sic r̄ndebat p̄ su⁹: qz dicebat. **H**ō vāitanti filis fact⁹ ē. facta p̄ interrogatōe. dñe. qd̄ est hō: q̄i puluis q̄ vēto flāte trāsserf̄. q̄silim⁹ i ērā liq̄bā r̄solut⁹. qz h̄re n̄ p̄t firmitatē

Quapropter qđ ē hō sub interrogatōe et despectiue pñciād' est. **Albi** nota qđ ait **Prustian'** in. iij. lib. qđ hō quicquidē habuit diminutōez vsq; ad hāc diē. Nā antiq̄' teclī nabat' hic hō homoīs. sic vtebat' **Enni'** qñ dicebat. **Multuris** i siluis miserū mantebat homonē. **Prima** ḡ sua diminutio fuit hō inis. scđa ē homucul'. tertia ē homūtō. q̄ta est homulus. quita homuscul'. **Prīa** diminutio est tm̄ in obliq̄ et nō in recto. **Alie** q̄ tuoz sūt i obliq̄ et in recto. qz pculdubio natura humana iam primo fuit diminuta in obliquo s; nō in recto. qz pmo obliq̄ mulier fuit creata. q̄ nō est pfecta sicut vir. nullam tm̄ impfectōz ex hac creatiōe acq̄sivit **Adā**. sed ip̄a natura fuit impfectioz. cū sua impfectio que latebat adextra patuit. **Scđa** diminutio fuit i recto i pmo peccato **Eue** nā tūc recte humana natura acquisiuit mortē corpalez sed nō spūalem. **Tercia** diminutio fuit etiā in recto qñ. s. ip̄e **Adam** peccauit. qz tūc fuit ipsa mors corpis et aīe. **Quarta** diminutio fuit qñ habuit maledictōz et dicitū ei fuit. **In sudore vult' tui** vsceris pane tuo. **Quinta** diminutō fuit qñ expulsus est de paradiso. **Igr̄** si queris qđ est hō. respice factōez ut recorderis te factū fuisse. et tūc cognosces i ip̄o esse breui tpe tue factōnis. et quāta; diminutōne habuisti. **Vel** prima diminutio fuit i p̄cto **Eue**. scđa in p̄cto **Adā**. tertia in p̄cto legis nature. q̄ta in p̄cto legis scripture. quinta fuit in peccato habito p̄tracto p̄ legē gr̄e. **Et** prima nō fuit in recto qz nō damnauit naturā humanā. **Vel** p̄ia diminutio fuit qñ de **Adam** fuit costa exēcta: qz tūc diminut' est hō. **Alie** vō q̄tuoz fuerūt qñ p̄ p̄ctm̄ q̄tuoz elemēta ex q̄bz p̄pōit' homo facta sūt alterabilia inter se. et ex eoz actiuitate totus corūp̄it'. et venit abesse ad nō esse p̄ mortē corpis. **Igr̄** si vis scire qđ ē hō. factōzē sequere et p̄siderabis factōez. qđ aliq̄ materia sis creat' vel factus. et videbis esse tūc vanū. **Ante** **Bern̄**. in suis p̄tēplātōnib; sic ait. **Attēde** hō quid fuisti añ ortū. et quis es ab ortu vsq; ad occasū: et qđ eris p̄ hanc vitā. p̄fecto fuisti qđ non eras ex vili materia postea factus. et vilissimo p̄ano uolut'. mēstruali sanguine in utero matris no fuisti nutritus. tunica tua fuit pellis scūbina. sic indutus et ornat' ad nos venisti et. multa ibi. **Et**. b. **Ambro.** in exameron de ope sexti diei ait. **Nōne** hec oīa sicut umbra p̄tereūt: **Nōne** dom' tua hec puluis ē et ruina: **Nōne** hec oīa fabula: **Nōne** seculi thesaurus vanitas est: **Nōne** tuīpe vermīs: **Respice** in puluere hoīm. et vide qđ de te nisi cinis et ossa remanebē hoc ē ex corpe tuo. **Respice** inq̄. dic mibi qđ ibi diues qđ ibi paup̄ sit. discerne inopes ac potētēs: nubi oēs na-

scimur. nudi morimur. nulla discretō inter cadauera mortuoz: nisi qz q̄ui' fetēt diuitū corpa debita gule et luxurie. q̄ paup̄is que; audisti crudelitē defūctū. s. **Lazay**. **Si** ḡ cōsiderabis te factū: videb' qđ est hō. qz qđ vanum. hec oīa ibi. **Macrobi'** etiā de somno **Scipidiōis** dicit. **Aīe** incluse corpiū ipsum corp' velut carcerē fetidū. tenebris horridū sordib; et cruore patiūf. **Et**. xij. q. ij. i ecclīastico dī. **Terrā** geris. terrā teris. i terram reuerteris. qđ de terra sumeris. s. m. aī **Aug.** nihil informi' terra. **Hinc** et **Virgili'** in. vj. **eneidos**. **Nō** mibi si lingue sint cētū si corpa cētū. **Si** enea vox omēs scelerū dephendere foīas. **Omīa** penaz p̄currere genera possū. **p̄s**. **Uniuersa** vanitas oīs homo viuēs. **Caro** insup (ait apls) p̄cupiscit aduersus spiritum et sp̄s aduersus carnē. **Et** sic p̄tinuū bellū intestinū. **Qđ** bellū rep̄ntat' i motib; celoz sibi p̄rijs. **Sic** em̄ sūt duo celoz mot' s. mot' p̄mi mobil' (qđ theologi appellāt celum cristallinū. ali; firmamētū) qđ ab oriente i occidētēz uniformis et p̄tinuus. **Ali'** est motus planetaz ab oppositū. s. de occidētēz i orientēz p̄ signa zodiaci. **Ita** i hoīe ē duplex mot' i appetēto. s. motus sensualitatis. et motus rōnis ex spū qđ sūt oppositi. **Un̄** et **Alanus** de cōplāctu nate. **Sic** p̄ raptā firmamētū volubilitatē motu p̄rio exercit' militat planetarū: sic in hoīe sensualitatis rōnisq; hostilitas p̄ria repit'. **Ratōis** em̄ mot' ab ortu celestīū oriēs. occasū p̄trāsiens. terrena p̄siderāto regirat i celū. **Ecōtrario** motus sensualitatis planetaz. p̄ rōis firmamētū in terrestria occidēs aliqñ labūtur. **Et** no. qđ hō ultra p̄p̄as acceptōez aliqñ sumit' p̄ p̄te rōnali. et dī hō interior. aliqñ p̄ p̄te sensuali seu corpe et dī exterior: hō. **Et** de utroq; qz. ij. **Corin.** iij. **Licet** n̄ exterior: hō corūmpat'. tñ is qđ int' ē hō n̄ renouat' de die i diē **Igr̄** de p̄rio. hoīes et iumēta saluabis dñe. i. rōnabiliter viuētēs et bestialiter salute naturalī et salute spūali. cū bestie cōuertūtur in hoīes. sicut **Nabucho**. p̄ p̄nias. **De** scđo. j. **Corin.** iij. **Cū** sint inter vos zelus et p̄tentio nōne s̄m hoīez ambulatis: **Aliqñ** sumit' hō p̄ diabolo. et dī mal' hō. **p̄s**. **Nō** timebo qđ faciat mibi homo. et alibi. **Eripe** me domie ab hoīe malo. i. diabolo vl' meip̄o s̄m **Ber.**

Titulus scđus de potētis anime.

Capitulū primū. de potētis aīe i cōi.

In hoīe non sūt p̄les anime per essentiaz differētēs. s. nutritiua. sensitua. et intellectiua. s; vna tm̄. s. intellectiua. p̄tinēs i se illaz triplicē dūtēm. s. nutritiū. sensitū et in-

tellectiuū. **En** i li. de ecclesiasticis dogmatibus dicitur. Neque duas animas dicimus esse in uno homine. sicut Jacobo et alij sicut scribunt. unam animam qua anima corpus et immixta sit sanguini. Alteram spirituale quod rationem admittit. Sed dicitur unam et eandem esse animam in homine: quod et corpus sua societate vivificat et seipsum sua ratione disponit. Pro huius maiori declaratione dicitur b. Tho. i. j. pte. q. lxxvij. art. iij. q. Plato posuit duas animas esse in corpore uno etiam secundum organa distinctas quibus diversa vite opera attribuebat: dicens. Animam nutritivam esse in epate. concupiscibilem in corde. cognitivam in cerebello. Quam opinionem Aresto. reprobatur in li. de anima. Appetere autem hoc esse impossibile. scilicet plures anime in uno corpore esse differetes per essentialia per istud. quod una operatio anime cum fuerit intentio. impedit aliam: quod nullo modo continget. nisi principium actionum esset per essentialia unum. Ponit et alias duas rationes quas ibi potes videre. Dicendum est quod quod eadem numero est anima in homine nutritiva. sensitiva. et intellectiva. Quomodo autem hoc contingat defacili considerari potest. si quas duas species et fortiter attendat. Inveniuntur enim. species rerum et forte differre ab invicem. sicut perfectum et imperfectum. Sicut in rebus ordinatae sunt perfectiora inanimata. et animalia plantis. et homines brutis. Et in singulis horum generum sunt gradus diversi. **I**dem Aresto. i. viij. metaph. assilatur rebus species numeris quod differunt specie secundum abditum vel subiectum unitatis. Et i. ij. de anima operatur duas animas species figurarum quod una continet aliam. Pentagonus continet tetragonum et excedit. Sic anima intellectiva continet in se sua virtute quod quibus habet anima sensitiva brutorum. et nutritiva plantarum. Sicut superficies quod habet figuram pentagonam non per aliam figuram est tetragona et per alias pentagona. quod superfluet tetragona ex qua in pentagona continetur. Sic non per aliam animam sortis est homo. et per aliam sortis est animal. sed per unam et eandem. Et in embryo prius habet animam sensitivam. tamen hec abjecta abveniunt perfectiori. scilicet rationali quod est intellectiva et sensitiva sicut b. Tho. **Q**uis autem in homine nutritiva et sensitiva coniungitur et prius dicitur potest quod anime: tamen aliquando anime dicitur. Et de anima nutritiva potest intelligi illud. quod dixit Petrus christo. Animam meam pro te ponam. id est vitam quod pertinet vivere ad nutritivam. Alienatur enim ab intellectu actu presenti et ab omni sensatone. adhuc potest vivere ut fuit in Paulo. sed non alienatur a nutritiva. De anima sensitiva dicitur Job. xij. Qui amat animam suam perdet eam. Ibi in ea est relatio simplex. Et est sensus. Qui amat animam suam rationalem. vere perdit. id est mortificat animam sensuales suam. scilicet quod ad illicita ad quod inclinatur. ut a visu. auditu. ab appetitu illicitorum venereorum. et hominum. De anima intellectiva intelligitur illud Job. xij. Animam meam in manibus meis posito. Et per. Anima mea in manibus meis spiritus. id est discussio rationis quod pertinet ad animam intellectivam in manibus. id est in operibus meis ad considerandum si licita sunt vel illicita. Et de hac triplici sicut potest exponi illud Job.

r. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Sive intelligatur illud de plato quod ab subditos. Sive moraliter de quocumque virtuoso quod ab greges cogitationum. affectionum. et operationum. ut tamen quod oves sint cogitationes et actiones innocentie et obedientie mansuetudinis et pacie ac beneficentie et hominum. Talis enim si est bonus. ponit si expedit pro servatione ovium. et animam nutritivam. id est vitam sensitivam. animam respiciendo. auditu ad monendo. discurrendo pro salute eorum. Animam intellectivam orando. meditando. studendo. predicando et hominum. **f**igura in Jacob quod vngas populeas et amigdalinas ponebat partim decoctas in aquis ante oves quod erat pastor dum bibebant. **Q**ue secundum Greg. i. moral. signatur exempla patrum partim secundum historiam. partim secundum sensum spirituale animam proponenda ut ex horum aspectu percipiant proposita variarum actionum virtutis Gen. xxx. **f**igura in David quod pugnat contra leones et vrsos pro ovibus suis. et sic morti se exponens. **j** Reg. xv. vij. **I**n Moyse etiam quod minavit gregem ovium ad interiora deserti. ubi vidit rubum ardere non consumi Exod. iij. **S**ic plato suis orationibus et exemplis debet oves subditas ab visione supernorum perducere. **S**ecundum hoc etiam potest exponi illud. Magnificat anima mea dominum. Nam quantum ad animam vegetativam magnificavit realiter dominum Iesum augmentando paulatim in utero et nutriendo. et sic fecit magnam corporaliter. **U**el etiam magnificavit generando ipsum secundum humanam operationem. et sic ostendit in se magnam dei potentiam. **E**t sic cum Maria sorore Aaron inuitat nos ad idem dicens. Cantate domino. glose ei magnificat. et. **E**xo. xv. Magnificat quantum ad sensitivam dominum exultanter. proponendo sensus suos et vincendo omnes passiones concupiscibilis et irascibilis. ut dicere possit illud apostoli. Magnificabit christus in corpore meo. **T**ertio magnificavit quantum ad intellectivam animam. videlicet affectu in divinis exultando. ibi. Exultavit spiritus meus. **I**ntellecui se quam perfectissimo. ibi. Quia respex. huius. an. sue etc. **M**emozia recolendo beneficia sibi collata. quod se. mi. magis etc. et facta eloquia sicut locutus est etc. **E**t ad idem inuitat nos per dicens. magnificate dominum mecum **E**t sic magnificavit virtualiter.

Quoniam autem anima ratio. **S. j.** nalis corpori. non mediante aliquo corpore nec mediante aliquo dispositione accidenti. sed per seipsum. Pro declaratione dicitur b. Tho. i. j. pte. q. lxxvij. art. j. q. cum anima uniat corpus ut forma est impossibile quod uniat aliquo corpore mediante. **C**uius ratio est. quod sic dicitur aliquid esse unum quomodo et ens. forma autem per seipsum facta esse in actu. cum essentialia sua sit actus. nec datur esse per aliquo medium. **E**tenim unitas rei composita ex materia et forma. est per seipsum forma. quod secundum seipsum uniat materie ut actus eius. **N**ec est aliquid aliud unius nisi agens quod facit materiam esse in actu. ut dicitur i. viij. metha. **E**tenim potest falsas esse opiniones illo. quod dixerit aliquo corpora esse media inter animam

tia ipsa aie. oportet qd sit accns qlibz potetia ei. qd e i scda spe qlitatis. Sz put accns accipit fm qd potit unu ex qnqz vniuersalibz. sic no e accns potetia aie. Na fm huc modu aliqd e mediu inf subaz et accns: qz ad sbaz ptinet qcqd est essentialis rei. No tn qcqd est ex e essentiali rei. pe sic dici accns: sz solu qd no causat ex pncipijs essentialibz spei. prius em no e de essentiali rei. sz ex pncipijs essentialibz spei causat. vn mediu e iter subaz q accidens: q hoc mo potetie aie pnt dici medie inf sbaz q accns qd ppetates aie naturales. sic risibile dr priu hoi. et calor priu ignis. et hmoi. Qd aut Aug. bic. q notitia q amor no sut i aia sicut accidetia i subiecto. intelligit put ppanit ad aiaz. no sicut ad amatez q cogscet: sz vt ppanit ad ea sic ad amataz q cognita: qz ipsa subalis essentialis aie cogscit et amat. Et sic etia intelligedu cu ite dic. q meoria. intelligetia. q volutas. sut vna essentialis. Vel etia fm aliqs pot dici. q bec locuto verificat fm modu. q totu potetiale pdicat de suis ptibz. Quia em tle totu adest singlis ptibz fm tota essentialis: sz no fm tota virtutez. ideo pdicat de qlibz pte ei. sed no ita ppe sic totu vte. Qd etiaz pbs dic in scdo de aia. q illd qd pmo sentim q intelligim est aia. no ex hoc sequit q essentialis aie sit ei potetia. sz qz hocipm qd foza accilis. cui modi e potetia aie. est actois pncipiū hē a foza subali. Et ideo foza subalis e pmi actois pncipiū sed no pimum.

Donuntur autē be .S. iij.

potetie aie eē bona media. Mgr ei sen. li. ij. di. xvij. p. Aug. ponit triplicē dīaz bonoz s. minima. media. et mag. Quidē bona tpa-
a lia. naturalia. q vtualia. Et qz oia a deo accepisti. fm aplm. Recordare qz recepisti bona i vita tua dixit Abraham Luc. xvij. Tēpalia quidē ad recte distribuendū. Naturalia ad bñ exercēdū. Virtualia ad cōtinue augēdum.

l Tēpalia vt diuitie bōa sūt: qz organice defuiūt felicitati fm plm. i. sūt instrumta ad vitā virtuosam. Qui em sibi thesaurizat et tēpalia nō distribuit fm rectitudinez dānatōem incurrit. Tū cuidaz diuiti q sibi pfi dicebat. Aia mea hēs mlta bona posita i anos plurimos comedē. qesce qd. dictū fuit a deo. Stulte aiaz tuā hac nocte repetēt a te Luc. xij. Sup quo euangelio dic Amb. Tu s. diues susceptis dei mueribz et in sinū tuū redactis. nil te putas facere iniquū: si tam multoz vice subsidia solus obtineas qd. di. xlvij. Dicit bi. Bona naturalia sē potetie aie interiores et exteriores. qbz opamur. qz bus pē aia bñ et male vti. sicut q bonis tpa- libz. Et de his pot illud exponi ps. Honorū meoz nō indiges dñe. i. opez nrozū q pcedāt a potentijs. Exercē at debet quis hmoi

bōa et bene. als ea inuanū accepit. ps. Qui nō accepit inuanū aiaz suā. h. s. habitabit i tabernaclo tuo. Bene at exercet hmoi bōa cū penitet q se mortificat. fm illd ps. Tabescere fecisti sicut araneā aiaz ei. i. fm glo. fecisti tu de? vt aia puerfa sit tabida. i. humilitate infirmata sicut aranea: q etia leuitactu man? tabescit. i. deficit a virtute sua. q vigore. sic aia correpta et penitēs a p̄actu manus diuine inspiratōis. deficit a vigore supbie et morif vite p̄stine. Aranea est sōtile corp. terrena deserit. alta q̄it. emissio: ne viscey telas texit. Sic puerfus et correptus p p̄niaz corpus extenuat. mōi infima p̄tēnit. celestē p̄uersatōez appetit. subtiles opatōes ex timore dñi facit. Bñ exercet aia potetias. dū intellectū et affectuz ad supna erigit. Qñ ps. Aia mea exultauit in dño: et delectabit in deo salutarī suo. Oia ossa mea dicēt. dñe qs filis tibi. Exultatio delectatio aie. est ipsa maxima placetia quā hē volutas ex cognitōe et p̄sideratōe intellectuali. diuie p̄uidētie q beniuolētie magne ad ipaz aiaz. Prouidētia vō i dño q si bon? e p̄uidet suis suis. Beniuolētia i salutarī. q sic dr q nos saluat. Ossa aie sūt potetie: qz sicut ossa inseparabiliter inherēt carni q dāt ei robur ad opandū: ita potetie inseparabiliter sūt i aia: et ex his est virt? homi ad opandū. Omēs q potetie admiratiōe qdaz reuerētie debēt exp̄imētali gustu intelligē nullū esse silez deo Bōnis vtuallibz nō pē qz male vti. De qz bus pē illud intelligi puer. xj. In bonis iustoz. s. opibz vtuū exaltabit ciuitas. Isaie lvij. Implebit splendoribz aiaz tuā. Virtutes sūt vt quidā radij qbz aia illustrat i baptismo. q bona debet augē. Juxta illud ps. Tōtū de virtute i virtutez. Na q accepit bonum vni? talēti designātis aliquam grāz. qz nō auxit sed p̄seruauit. fuit eo puat? q p̄fus Nat. xv. Recordare qz recepisti et ad qd recepisti. Et sic fm ps. Aia mea i bonis demorabit. s. ad recordandum.

Potētias anime esse .S. v.

plēs potit p̄hs in scdo de celo. Et mgr. sen. j. li. di. iij. qz necesse e ponē fm. b. Tho. i. p̄ma pte. q. lxxvij. art. ij. Na sicut infime e dispo- lit? ad sanitatē (q e qdā pfectō corpis aial) q nō pē p̄seq pfectā sanitatē sz aliquā modi cā p̄seq paucis remedijs. Meli? at disposit? e. q pē p̄seq pfectā sanitatē sz r̄medijs mlts Et adhuc meli? q remedijs paucis pfectā p̄ seq pē. Optie at q absq remedio p̄fctāz hē sanitatē. Ia dicēdū de bōitate q p̄fectōe rez videt qz ille res q sē infra hoiez (vt aialia q insensibilia) qdaz p̄ticularia bona p̄sequūt. nō at p̄fectā bonitatē et vniuersalē qlis est deus. et ideo qdaz paucas et determinatas virtutes q opatōnes habēt qbz illā assequēt.

ideo per faciem fides sanctorum designatur. Et quod per pennam in altum corpus auis subleuatur. Ideo per pennam contemplatio qua mens ad deum leuatur significatur. Quatuor ergo facies unicuique animalium sunt. et quatuor penne: quia noticia fidei qua cognoscuntur a deo ipsa est in uno que est simul in quatuor. et similiter una de eo contemplatio. ita ut facies pertineat ad noticiam humanitatis. penna ad cognitionem deitatis. Et pedes eorum recti. quia. scilicet sancti ad mala mundi que reliquerunt non reflectunt. Et planta pedis eorum planta pedis vituli. quia. scilicet predicatores et alij sancti in locutione habent maturitatem. in actione fortitudinem. in mente discretiorem. designatam in diuisione ungule pedis vitule. **T**itul' etiam mature incedit. et fortiter laborat. Et scintille quasi aspectus eris cadentis. Es quod est sonorus. signat predicatores. quia in omnem terram exiit sonus eorum secundum apostolorum. Es candens est predicatio feruida et ignita. **S**cintille huius eris sunt parue sententie de superna gloria ab eis expresse. que auditores incendunt: sed loqui non valent etiam quod intelligunt. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. per quatuor partes possumus principales quatuor uirtutes accipere. ex quibus relique oriuntur. uidelicet. prudentiam. fortitudinem. iusticiam. ac temperantiam. per manus autem actiua uita signatur. et per penas contemplatiua. **M**anus ergo hominis est sub penis eorum. id est uirtus operis sub uoluntate contemplatiua. et actiua prior est tempore. **C**ontemplatiua uero superior merito et dignitate. Et iuncte erant penne eorum unius ad alteram. Quia scilicet omnis uirtus sanctorum. omnis sapientia eorum. qua alios contemplatiua uolatu transcendent uicissim sibi in pace atque unanimitate iungunt. Non reuertebantur cum incederent. Quia sancti sic a terrenis actibus ad spiritualia transerunt. ut ad ea. scilicet terrena nullatenus reflectantur. Sed unumquodque ante faciem suam gradiebat. **A**n te nos eterna sunt. et sancti uiri in eternis que appetunt pedes boni operis ponunt. **S**imilitudo uultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem vituli a sinistris ipsorum. Et facies aquile desuper ipsorum quatuor. **I**ste quatuor facies designant quatuor euangelistas propter proprietatem materie. de qua agunt in euangelijs suis. similem predictis animalibus. **N**am mattheus agit de incarnatione. et ideo per hominem signatur. **M**arcus de predicatione resurrectionis: et ideo per leonem figuratur. **L**ucas de passione: et ideo per uuluum animal immolatum figuratur. **I**ncipit etiam euangelium et terminat circa templum. **J**ohannes de eius diuinitate: et ideo per aquilam altissime uolantem describitur. **X**pistiam et de quo tractant fuit homo. in incarnatione et conuersatione **L**eo in resurrectione. **T**itul' in passione. **A**qui-

la in ascensione. Quilibet etiam perfectus habet virtutes. per hec animalia designatas. Dicitur autem facies hominis et leonis a dextris ipsorum quia de incarnatione unigeniti et resurrectione omnes electi letati sunt. Facies vituli a sinistris aspicitur. quia de passione christi discipuli contristati sunt. Sinistrum enim dicitur quod nobis est aduersum. Facies aquile desuper ipsorum dicitur. quia diuinitatem eius altius ceteris alijs descripsit. Et facies eorum et penne eorum extente. Quia omnis intentio operis omniumque contemplatio sanctorum super se tendit. ut possit adipisci que in celestibus appetit. Due penne singulorum iungebantur. et due tegebant corpora eorum. Quatuor penne horum animalium quatuor virtutes sunt. videlicet. amor et spes in futuris. Timor et penitentia seu dolor de peccatis. Penne ergo sibi metum iuncte superius extenduntur. quia sanctorum mentes ad superna eleuantur. Iuncte autem dicitur quia sancti amant celestia que sperant. et sperant que amant. Due vero penne corpora tegebant quia timor et penitentia. a dei oculis eorum mala preterita abscondunt. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Qui se ante se ponit. vigilanter vidit an desinat vel surgat. vel quotidie in bonis excrescat. Ubi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur. Impetus spiritus. est incitamentum ad virtutes varias quod est a spiritu. Sicut impetus carnis que sequuntur reprobi. est instigatio ad vitia varia. Et similitudo animalium quasi carbonum ignis ardenti. et quasi aspectus lapidarum. Qui carbones tangit: incendit. Et sic qui cum sanctis peruersus in dei amore exardescit. Lampas lucem suam longius spargit. Et sic vita sanctorum etiam longe posita per bona exempla lucet et illuminat. Et in medio animalium splendor ignis. quia. scilicet. ignis spiritus sancti. a peccatorum rubigine mentem quam replet mundicia reddit. Et de igne fulgur egrediens. Quia ipse spiritus ex se per electos flammam amoris proicit. ut more choruscationis. et per terrorem feriat. et ad amorem accendat. Et animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris choruscantis. Quod supradictum est. quod cum ipsa animalia ibant et non reuertebantur. intelligitur ad vitia non redeunt que dimiserunt. Quod autem hic dicitur. quod reuertebantur. intelligitur quia de contemplatiua vita seu contemplatione in quo diu fixi manere non possunt. ad vitam actiuam per studium bone operationis reuertuntur. Et hoc in similitudinem fulguris choruscantis. quia celestia loquentibus: dum per eos supernum lumen intus micat. ad amorem celestis patrie audientes inflaumant. ¶ Cuius aspicerem animalia. apparuit rota una iuper terram. Rota scripturam sacram signat. quia ex omni

parte ab auditorum mentes voluitur. et nullo erroris angulo. a predicacionis sue via retinetur. Ex omni parte voluitur. quia inter aduersa et prospera recte et humiliter incedit. Circulus quippe illius preceptorum. modo sursum. modo deorsum est. quia ipsa que perfectioribus spiritualiter dicuntur. infirmis iuxta litteram congruunt. et ipsa que paruuli iuxta litteram intelligunt. docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Apparuit autem rota super terram. designante peccatores. quia legem super corda peccantium deus debet. habens quatuor facies: que rota quatuor facies habere dicitur. ex eo quod scriptura sacra utriusque testamenti in quatuor partibus est distincta. Vetus enim testamentum in lege et prophetis. Nouum vero in euangelij atque apostolorum actibus et dictis. Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris: quia videlicet in sacris scripturis per rotam signatis: magna sunt volumina sententiarum. cumuli sensuum. Nec immerito mari scriptura similes. quia firmanter in ea sententie locutionis. sacramento baptismatis. Et aspectus earum et opera. quasi sit rota in medio rote. Rota intra rotam est testamentum vetus. Rota vero in medio rote est testamentum nouum. in veteri comprehensum. Quod enim ibi futurum promittitur. in nouo impletum ostendit. Per quatuor partes earum ibant. Vadiit rota predicatio eum quem promissit. et promissum impletum ostendit. Et per quatuor partes vadit. quia in quatuor mundi partibus redemptor de quo loquitur predicatus fuit. Et non reuertebantur. scilicet. rote cum ambularent. quod dum nouum testamentum non rescinditur. dum vetus non carnaliter. sed iam spiritualiter intellectus teneat. Post se non redeunt. quia usque ad finem mundi immutabilia persistunt. Statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus. ad terrorem iehenne cruciationis. Scriptura igitur sacra rotam designans. staturam habet in rectitudine preceptionis. Altitudine in celsitudine superne promissionis. Horribilem vero aspectum in minus supplicij sequentis. Et reuertens propheta ad loquendum de animalibus predictis dicit. Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor. Quia videlicet sanctorum actio ab omni parte circumspecta est. bona desiderabiliter prouidens. et mala solliciter cauens. Et ibi notat quomodo vitia sub specie virtutum suggeruntur. Cuius animalia ambularent. pariter et rote iuxta ea. Et cum eleuantur animalia de terra. eleuantur simul et rote. Ambulabant animalia. cum sancti viri in scriptura intelligunt. quem admodum moraliter viuunt. Eleuantur vero a terra. cum se in contemplatione suspendunt. Et quod unusquisque quantum in scriptura sacra proficit. tanto et eadem

scriptura proficit apud ipm. Ideo dicitur qd rote ambulabāt vel eleuabāt cū aialibus. Quocūq; ibat spūs. et rote pariter eleuabātur sequentes eum. Quo em spiritus legentis tendit. illuc et diuina eloquia eleuant. Legētia em spūs siquid i eis scire morale aut hystoricum querit. sensus hunc moralis historie sequitur. Siquid tipicum mox figurata locutio cognoscitur. Siquid contemplatiuū. statim rote quasi pennas accipiunt. Cū eūtibō ibant cū stātibō stabāt. et cū eleuatis a terra pariter eleuabāt. Habūt cū euntibō qd eos q se ad utilitatē prīmi extendūt. sacra eloquia dictorum suoz passus in eius itinere disponunt. Stant rote cum stantibō aialibus. quia eos qui fortes sunt in fide. ut aduersis euntibus resistent. et contrabidentes reuincant. rectitudines suam sacra eloquia pfirmant. Cū eleuatis eleuant. quia i quātum quisq; ab alta ptemplatōnis et pfectōnis profecerit. tantū ei sacra eloquia de altioribus loquūtur. Spūs vite erat in rotis. quia. s. dilectōnem dei et prīmi capimus in eloquijs diuinis. que vita est anime. Et similitudo sup capita aialuz firmamētū. quasi aspectus cristalli horribilis. Nomie firmamenti potest intelligi angelica natura. que creata est cū libero arbitrio flexibili ab bonum et malum. Quibusdam autē ex eis labentibus alij confirmati sunt. ita ut iā fluxe non possint. et ideo signant congrue per cristallum. quod ex aqua fluxibili fit. s; ita obduratur ut liquefieri non possit. Horribilis dicitur iste cristallus. quia nobis pauentes sunt angelice potestates. et super capita animalium extētū dicitur. quia supra intellectum nostrū sunt pfectō et gloria eorum. Sub firmamento autē penne eoz recte alterius ab alterū. Tunc penne aialium recte sunt alteri ad alterū. qm bonuz qd quis habet primo studet pmuticare. substātiā videlicet tpalem. vel doctrinā et huiusmodi. Et audiebam sonū alarū. quasi sonum aquarū multarū. Quia. s. ille virtutū sonus. qui in aures dei prius ex paucis sanctis. incarnato domio factus est. postea diffusa p dicatione de xpo per orbem ex aquis multis. i. ex populis inumeris cōuersis multiplicatus ē. Quasi sonū sublimis dei. Quia videlicet ipse deus implet mentes sanctorum et cordibus eorum amorem infundit. Ipse ex amantibus cordibus suscipit precem. Et quia laudem dei quā prius pauci sancti postea multi conuersi i mundo predicauerūt. Demū in celo vniti. cū capite suo xpo. sine fine plene laudabāt. Et cū ambularet quasi sonus erat multitudinis ut sonitus castrorū. Aialia ambulāt. cū sancti p dicatione et ad fidem trahendo discurrūt. Et quia quos cō-

uertunt i laudem conditoris. simul exurgūt fit quasi sonus multitudinis. Et quia in p dicatione eadem bellū contra demones conuersi assumunt. ideo dicit quasi sonitus castrorum. Castra em multitudines exercitus dicūtur. Et cū fieret vox super firmamētū qd erat sup capita eoz. stabant et submittebant alas suas. Quia videlicet sanctorū mētes cū creatoris sui potentiam intenta ptemplatōne p siterāt. vilescūt eoz aīo stutes qd habent. Et hoc est submittere alas que stutes signāt. Et etia cū considerāt iudicia dei que p siterāt vox dicit sup firmamētū. timent et se humiliant imminens capiti eorum. Et sup firmamētū imminens capiti eorum. quasi aspectus lapidis saphiri silitudo throni. Thronus designat angelos supremos. sicut firmamētū inferiores. Saphirus qui habet colorē aereū. signat dignitatem et pfectōnez maiorē superiorū angeloz. Et super thronuz quasi aspectus hominis desup. Quia videlicet sup angelos etia supremos eleuat est homo ih̄s xpc deus noster. Et vidi quasi speciē electri. s. illū hoīem sup thronū. quia videlicet utraq; natura diuina et humana in xpo est ut supra expositū est de electo. Et lut aspectus ignis intrinsecus p circuitū ei a lūbis et desup. Et a lūbis vsq; teoz sū. quasi spēm ignis splendentis in circuitu. quia. s. ante incarnatōnez que i lūbis designat. vni geniti dei sola iudea intra se ardore amoris eius habuit. Sed post incarnatōnez ei ignis resplenduit. quia vniuerso mūdo gentibus claritatē spūs sancti effudit. Et etia angelos ad amorē suū p diuinitatē tenuit. et homines ad sancti ardoris sui desiderū ex humanitate reuocauit. hec omnia Greg?

Quā ad terciū princip. §. xx. pale. qd notat in auctoritate apli. dico qd monstrat. speculatio seu visio clara et essentialis. unde dicit. Tūc autē facie ad faciē. s. videbim deū in alia vita. Ubi scienduz fm. b. tho. sup eplā pauli. j. ad Corin. xij. Super hoc verbo. qd de fm qd de nō habet faciē. Et ideo cū hic dicit facie ad faciē methaphorica locutō ē. Dicimur em tūc videre aliquē fm faciē. cū videm psonā sicuti ē. hoc autē vult dicē aplus cū ait. Videbim in patria faciē. i. videbim dei essentia. j. Job. iij. Videbim eā sicuti ē. Quisimōi aut visio i corpe mortali haberi non pē. Ante moysi hoc postulanti dixit dñs. Videbis posteriora mea faciē autē meam videre nō poteris Exo. bi. xxxij. Videre psonam ex pte dñi. est videre ipsam imperfecte: puta qd sit nature rationalis. qd sit vnus viuēs magnus et b. S; quis vel qualis sit cognosci non potest. nisi vidēdo faciē. Sic de videri potest hic. qd ex pte posteriori. quia cognoscē possum ratōe

vel fide deū unū esse rātionabilem uiuentem. et imensū: sed non sicuti est in essentia sua. Et si moyses pure aliquā uidit diuinā essentiam in corpore constitutus. fuit visio illa q̄ si momentanea p̄ modū passionis transeuntis. et nō duratura p̄ modū habitus p̄manētis. sicut est visio facialis patrie. Nec obstat huic sententiae quod dicit Jacob Gen. xxxij. Uidi dominū facie ad faciem. Non enim p̄prie loquendo fuit illa visio Jacob facialis. sicut est visio patrie. Sed fuit visio ymaginaria in qua sūt diuersi gradus. Altior. s. uidē illud qd̄ apparet in ip̄a ymagine in qua apparet. Et alius gradus infim⁹. s. audire tñ̄ uerba. At q̄ iacob insinuaret excellētā uisionis ymaginarie sibi ostense dixit. Uidi dñm facie. Nō q̄ uidit deū p̄ essentia s̄m t̄ho. ubi supra. **Notandum** est aut̄ s̄m ip̄m. b. t̄ho. q̄ sensibile aliquid potest tripliciter considerari. Primo p̄ sui presentia. Sic ip̄a lux que ē p̄sens oculo. Secdo p̄ p̄sentia sue similitudinis in sensu imediate deriuatā. sicut albedo que est ī pariete uidet. nō existēte ip̄a p̄ntialiter ī oculo: sed eius similitudinē. licet ip̄a similitudo nō uideat̄ ab eo. Tertio p̄ p̄ntiaz similitudinis nō imediate deriuatē ab ip̄a re. sed deriuatē a similitudine rei. sicut cū uidetur aliquis homo p̄ speculū. Nō enim similitudo hominis imediate est ī oculo: sed similitudo hoīs resultata. Loquendo igit̄ p̄ hūc modū de uisione dei. dicendū q̄ naturali cognitōe solus deus uidet seipsum. q̄ in deo idem ē essentia sua et su⁹ intellectus. et ideo essentia sua est p̄sens suo intellectui: nec aliqua creatura etiā glorificata. potest eo modo deū uidere. sicut ip̄e uidet seipm. quia hoc est simpliciter infinitū a finito p̄prehēdi: qd̄ nō p̄ esse. vñ̄ dicit. xxxij. dicit̄ de eo. Magn⁹ scientia et incōprehensibilis cogitatu. Et sic intelligit̄ illud Math. xj. qd̄ dixit. Nemo nouit filiū nisi pater. neq̄ patrē q̄s nouit nisi filius. s. noticia plene p̄prehensionis: nec p̄ dictōez exceptiuaz. nisi excludit̄ sp̄s sanctus. cui⁹ cū patre et filio est una plenissima cognitō. Et quod sequit̄ ī illa auctoritate xpi. Et cui uoluerit filius reuelare. Intelligendum est filium reuelare alicui patrē. non noticia cōprehensionis. sicut nouit ip̄e filius patrem sed noticia app̄hensionis. sicut cognoscit̄ a sanctis. **Secdo modo** put. s. p̄ p̄ntia similitudinis rei ī sensu imediate deriuatā. uidetur aliquid sensibile. sicut albedo in pariete uidetur ipsa non assistente p̄ntialiter ī oculo: sed in similitudine. Sic forte angeli naturali cognitōne deum uident. Et hec visio fuit in angelis malis ante lapsum. Sed maiori lumine supaddito. s. lumie glorie angeli confirmati. uident deum facie ad faciem. i. clarissime suam essentia. Unde saluator Math.

xxij. inquit. Angeli eorum in celis semp uident faciez patris. Et similiter sancti lumie glorie eis coicato faciem dei uident. Quod ardent̄ postulabat ps. bicens. Quando ueniam et apparebo ante faciem dei. Et de ip̄o lumie glorie ait idem ps. In lumie tuo uidebimus lumen. Quod lumen quidaz dixerūt esse quandā similitudinē de deo creatā. Sed hoc esse oīno falsum et impossibile. pbat. b. t̄ho. ubi supra tribus rātionib⁹. Et prima est q̄ nūq̄ potest aliquid cognosci p̄ essentia si cognoscat̄ p̄ similitudinē que nō conueniat cū ip̄a re in specie. Lapis enim non potest cognosci s̄m illud qd̄ est. nisi p̄ specie lapidis que est in anīa. Nulla enim similitudo ducit ī cognitōnem essentie alicui⁹ rei. si differat a re illa s̄m specie. et multomin⁹ si differat s̄m genus. Nō enim p̄ specie equi vel albedinis. potest cognosci essentia hominis. et multomin⁹ essentia angeli. Multo igitur min⁹ p̄ aliquā sp̄m creatam quecūq̄ sit illa potest uideri diuina essentia. cuz ab essentia diuina plus distet quecūq̄ sp̄s creata in aīa. q̄ species equi vel albedinis ab essentia angeli. Unde ponere q̄ deus uideat̄ soluz p̄ similitudinē seu p̄ quandā refulgentia claritatis sue est ponere diuinā essentia nō uideri. Secda rāto ē quia cum anima sit quedam similitudo dei. visio illa magis esset specularis et enigmatica que est in uia. q̄ visio clara et apta que promittitur sanctis ī gloria. et in qua erit beatitudo nostra. **Uñ̄ Augusti.** dicit hic in glo. q̄ visio dei que est p̄ similitudinē p̄tinet ad uisionē speculi et enigmatis. **Tertia rāto** est. quia sequeret̄ q̄ beatitudo hominis ultima esset in alio q̄ in ip̄o deo. quod est alienum a fide. Sequeret̄ etiā q̄ naturale desideriu hominis quod est pueniendi ad p̄mam rerum causam et cognoscendi ip̄am p̄ seip̄am esset inane. Uidet̄ ergo diuina essentia p̄ seip̄az ī patria. et nō p̄ similitudinē creatā. Et hoc est qd̄ dicit ap̄lus paulo inferius. Tunc cognoscam sicuti ⁊ cognitus sum. id est sicut deus cognoscit̄ essentia meam. ita deū cognoscas p̄ essentia suā. Non tamen ly sicut importat equalitatem: sed similitudinē. Sic ergo in lumie glorie qd̄ tñ̄ est quid creatū. eleuatus in intellectus uidebit lumen diuine essentie. Ad qd̄ intelligendū sume exemplū in lumie corporali. Oculus enim noster nō est tante potētie q̄ possit fixe respicere in solē et quāto plus appropinquaret ad eum. tāto sepior rediretur ad uidentū ip̄m. Ita oculus intellect⁹ humani est ita debilis ex parte sui. q̄ ī tam excellenti luce diuine essentie figi nō p̄. nisi confortet̄ et fortificet̄ p̄ uirtutē diuinam. Et ista uirtus fortificans ⁊ confortans dicit̄ lumie glorie. **Ideo** dicit̄. In lumie tuo ⁊c. Nul lum enim lumen aliud lumen demōstrat q̄ se.

Neq; em̄ lumen solis adiuuat. ut videatur lu-
na aut stelle. **U**nde ⁊ quando luna est. xv. ae-
re sereno. de nocte multo clarioꝝ apparet. q̄
cuꝝ oritur sol. Et si quis accenderet mille tor-
ticia de die. non p̄pter hoc melius videret so-
lem. Sic ad p̄positū. Lux diuina eterna ⁊ in-
finita p̄ aliam lucē non videt. q̄ p̄ seipsam
que lumen glorie efficitur. quādo intellectui
creato coicatur. ita q̄ lux intellectiua vni-
ta est cū diuina. et videt p̄ virtutē diuinam.
non p̄ lucem suā p̄p̄iam. **U**nde heretic⁹ ess̄
qui diceret. q̄ intellectus beat⁹ videt deū si-
ne lumine glorie. quia hoc esset dicere. q̄ in-
tellectus humanus videt deū virtute p̄p̄ia.
quod est falsum. **P**rosequat̄ de exemplo lucis.
Mediante ipsa luce tu vides terrā. lapides.
arbores. aī alia. et multa alia. Et cum ipsa
eadem luce videns soles. **O** considera ubi sit
ista lux solis. mediante qua tu vides solē et
alia: certe non est lux in oculo tuo. sed sup-
re visa. Et ideo tē stante in loco obscuro. vi-
des rem que est in loco luminoso. siue rē lu-
minosā. Et nocte obscura vides stellā et do-
mū aliquā que sit ab aliq̄o lumē posita: q̄
uis lumē suū non reddat claritateꝝ vsq; ad
lumen tuū. Et sic vides mediante duplici lu-
ce. vna est tui qui es in loco tenebrosō. Sed
oculū habes ab intra luminosū. cui⁹ lux ex-
tra non extendit̄. **S**ecūda est illa lux que est
diffusa et reuerberata sup̄ illā rem quā tu
vides. **Q**uēcūq; harū duarū deficeret nō vi-
deres. neq; p̄ lucē oculi tui solā: nec solum
p̄ extraneam. si tua p̄p̄ia deficeret. **S**i autē
vis respicere mediante ista duplici luce si-
ne alio medio solem in spera sua. certe hoc
non vales: sed poti⁹ excecaberis. Et ratio hu-
ius est. quia lux solis reuerberat in tua lu-
ce p̄p̄ia. et est tāta distantia inter tuā ⁊ su-
am. q̄ tua refugit ip̄am. ⁊ sustinere non po-
test p̄pter excellentiā claritatis. **U**nde quā-
tūcūq; coneris nō potes oculū fixē tenere
aptum ad speram solis. Et autē volantē in-
ter oculū tuū. et sperā solis etiaꝝ videre nō
vales. Sed si lux solis posset vniri cū tua lu-
ce suspendēdo defectū ⁊ debilitateꝝ ip̄ius tue
lucis. que suspēso sequeret̄ ex vnione facta
tūc respicēs solē ip̄m in spera sua cum de-
lectatione et suauitate. sine reuerberatōe ocu-
lorum. **N**unc ad p̄positū. sciendum q̄ due lu-
ces sunt necessarie ad videndū deū simul vni-
te virtute fortioris lucis. **V**idelicet lux hū-
ani intellectus. et illa est debilis. ⁊ lux diuina
et illa est fortissima. **S**i lux naturalis hu-
mana. s. intellectus consideratur sola. nihil
cognoscit certitudinaliter. **S**icut qui in te-
nebris ē et nihil videt. quū in alia luce pos-
sit opinari aliquid. Sed non perfecte scire
Sicut existens aliq̄s clausus in camera ob-
scura. potest diuinare palpando. audiendo.

gustando. vel odorando aliquid quod est intra
camerā. Sed dubitare habet se decipi. quo-
usq; oculus illud videat virtute lucis ab ex-
tra venientis. Et ideo anime damnatoꝝ er-
rant in cognitione dei. reputando ip̄m inui-
stum ⁊ crudelē. quia non habent aliā lucem
q̄ p̄p̄iam s̄m sensū. cū illa iudicando. diui-
nādo ⁊ opinādo. Et ipse anime dānate diui-
na luce. s. naturaliter infusa. videt oēs alias
aīas. ⁊ gloriā beatoꝝ ad ipsarū afflictōem.
et aliq̄n statū animarū viatoꝝ ad suā p̄fusi-
onem. et penas animarū dānatoꝝ ad eorū
tribulatōnē. **S**icut p̄t̄ i p̄bōla diuitis epu-
lonis et lazari **L**uce. xvj. Quia igitur lumē
glorie p̄exigit in intellectu humano lumen
gratie ut supueniat ei. quia in animalo dā-
natoꝝ nō reperit̄ ip̄m lumē gratie. **I**deo nō
sūt susceptibiles lumis glorie. ⁊ ideo deū vi-
dere nō possūt. nec gloriā suā. Sed aīe bea-
toꝝ habēt p̄p̄iā lucē. gratia informatā. in
qua diuina lux illustrādo secū vnif. non p̄-
mittendo infirmari aut exterreri: sicut fue-
runt exterriti oculi exteriores ⁊ interiores.
petri. iacobi. ⁊ iohis. in trāsfīguratōe dei. q̄
adhuc erant mortales. facta ḡ illa vnione p̄
lumen glorie. **U**idet intellect⁹ creatus in vir-
tute intellect⁹ increati. Et sic lux naturalis
que erat gratiosa supra se eleuata a luce glo-
riosa: que nō est aliud q̄ verbū diuinū eter-
num. tanq̄ solaris radius a patre p̄cedens
videt lumē glorie gloriōsū deū. et oēm crea-
turam sup̄ quā talis lux spargit̄. Et q̄ illa
lux totū videt. nihil ei absconū est: ideo qui
libet sanctus videt omnē creaturāz vbiq̄
sit. **S**icut oculus human⁹ si esset in sole vni-
tus cū suo radio claro. certe videret vbiq̄
q̄ sol attingeret ⁊ irradiaret ex se: et in sole
videret plus et minus. s̄m q̄ illa vnitas ess̄
perfecta. Et quia aīa x̄pi perfectissime fait
vnita cū verbo eterno et est: ideo perfectis-
sime videt verbū et omnia que sunt in ver-
bo. **A**lie autē aīe plus ⁊ minus vident. s̄m q̄
sunt plus vel min⁹ vnite s̄m p̄fectionem ca-
ritatis: que est causa huius vnionis et visi-
onis facialis. Et sic habes q̄ lumen glorie
non est creatura. s. aliqua de perse represen-
tans creatorem. Sed est ipse creator: lumen
glorie sue vnitus intellectui humano. Et sic
in lumine tuo. s. verbo diuino videbimus lu-
men. **U**nde et **J**ob. in apoca. circa finem di-
cit. q̄ in illa ciuitate sup̄erna non vidit so-
lem. nec lumen lucerne est ibi. sed agnus. s.
verbum eternū illuminat illam. **A**d hoc eti-
am facit. quod dixit x̄pc **M**atth. xij. **J**usti
fulgebunt sicut sol in regno patris mei. id
est lux verbi. quod verbum est sol vite eter-
ne. Et lux cuiuslibet beati erit quid vnus p̄
vnionem non per conuersionem. Non enim
conuertetur lux verbi. Sicut nec natura

sua. qua idem est in naturā anime beate vel glorie eius. Sed sicut in misterio incarnatōnis. salua uniuscuiusq; proprietate nature. unita sunt diuinitas et humanitas. diuinitate pmanente impassibili. humanitate subiecta mortalitati. deus et homo uniti sūt in unitate persone. ita lux increata cuz luce anime unita erunt unū. non quidem unitate persone: sed unitate caritatis et amicitie pfectissime. remanente tamē deitate. in sua virtute et gloria finita. Unde dominus ih̄s in oratione ad patrem facta post ultimam cenam inquit. **N**olo pater ut quos dedisti mihi sint unū. sicut et nos unum sumus. **E**go in eis et tu in me. ut sint pseruati in unū. et videant claritatem quaz dedisti mihi **Joh. xvij.** Tunc. s. in patria videbimus facie ad facie. **E**t ut dicit deuotus **Verū.** Felix aīa que terre no resoluta carcere libera celum petit. **Q**ue dulcissimū dñm facie ad facie cernit. ubi verus sol iusticie. mira sue pulcritudis visioe oēs recipit. **E**t illa uniuersos celestis patrie ciues illuminat. ut luceat ipi lumie videlicet illuminante. ultra oēm solis nostri splēdorē in mortali adherētes deitati. **E**t in huius figurā dixit regina hester vxor assueri maximi regis. qui interpretat beatitudo. significās animā sūmi regis regū ih̄s xp̄i. qui ē vera beatitudo. de ip̄o loquēs. **M**irabilis es valde domine. et facies tua plena est omnī gratiaz. **E**t. **iii. Reg. x.** In figurā dicit. q. uniuersa terra desiderabat vidē vultū salomōis. **Q**uā ad terciū modū vidēdi sensibilia. s. p. pñtiaz similitudinis. nō imēdiate deriuare ab ip̄a re. sed deriuare a similitudine rei. sicut vidēt hō p speculū. **S**ic isto modo vidē? seu cognoscimus deū. cognitōne naturali in vita ista. **E**t sic exponit. **V**idē? nūc. i. p. ratōem naturalē nostrā. **E**t si addat lumī naturali fidei lumen q. est sup̄naturale. adhuc plenī? vidē? deū in vita pñti: sed tale lumē fidei si nō sit caritate formatū. nō sufficit ad cōducendū ab lumē glorie. **I**nter deū em̄ et aīam est infinita distantia pfectōnis virtualis. **D**e? em̄ infinitus est. et quelibet eius virt? infinita. **A**nima autē sicut et quelibz creatura est finita et potētie finite. **C**uz igit? finitū nō possit comprehendere infinitū. nō poterit aīa deū cōprehēdere: nisi efficiat unū cū eo. **E**t sic q. amodo efficietur infinita. **H**oc autē caritas operatur. quia qui manet in caritate. in deo manet et deus in eo. **i. Joh. iij.** **E**t. **i. Corin. vj.** Qui adheret deo. s. per dilectōez vn? spūs est cū eo. non quidē substancialiter: sed affectualiter. **H**abet em̄ amor fm̄ dionisiū vim unitiū. et calori assimilaf qui diuersa unit et cibū in assumētē pvertit. **S**ume exemplum in agno vel alio cibo qui a nob comēderet. **C**ertum est em̄. q. agnus cum multis

gradibus pfectionis naturalis sit inferior homine. nunq unū effici posset cū boīe. nisi p unū modū. s. p. calozē naturalem hominis ipm agnū in cibū sumptū digerentis. et i substantiā sui pvertentis. **E**t sic agn? qdāmodo efficiet homo. **S**ed si homo comēderet venenum vel rem venenatū. nō posset illud conuertere in se. **E**t ratio hui? est. quia illud sumptum extinguit calozē naturālē quo fit digestio et conuersio. **S**icut etiā si comēderet lapidem vel ferrū nō conuerteret in se ppter sui duritiā et frigiditatē. **I**lli em̄ cibi dicuntur esse pporcionati hūane nature. qui picipant cū caloze. et sūt sine resistentia. de facili conuertibiles in substantiā suā. **S**ic ab ppositū dicendū. **S**i homo vult pverti in deū. et effici deus. s. p. participatōez. oportet q. pmebat ab eo. i. incorporet seu uniat p calozē sue infinite caritatis. **S**ed deus ip̄e nō pmebit cibū. i. nō unit secū in gloria eum qui calozem caritatis hic nō habuerit feruenter. **N**am et de quibusdam tepidis dicit ipse per **Joh. apoca. iij.** **Q**uia tepidus es incipiā te cuomere de ore meo. **T**epidus est. qui fidem habet sine operibus. et absq; caloze caritatis efficaciter manet. **E**t ideo ap̄lus faciens cōparatōnem inter virtutes. pcludit q. maior horum est caritas. **V**eruz quia nihil potest amari nisi sit pgnitū. ideo ad amorē caritatis erigitur pmo pgnitio rei. que ad sufficientiā haberi nō potest nisi p fidem. **E**t ne homo deficiat vel oberret a fine vltio. iam cognito: erigit? spes p quā tendat in illū finem. **U**nde et de his tribus tanq; necessarijs dicit **Eccl. ij.** **Q**ui timetis deū credite illi. s. p. fidem. et nō euacuabit? merces vestra. **E**t sequitur imēdiate. **Q**ui timetis dñm sperate in illum. et in oblectatione veniet vobis misericordia. **E**t exinde sequit. qui timetis deū diligite illū. et illuminabunt? corda v̄ra. **E**t talis cognitō. s. habita ex lumie gratie et caritatis. posset etiā dici licet nō ita p̄prie visio facialis respectu. s. eius que solum est p fidem vel ratōnem naturalem. **U**nde ps. de electis ait. **A**bscondes eos. s. a turbinito mūbi et occupatōnibus eius in abscondito faciei tue. i. in facie videlicet cognitōis gratiose a te eis collate. et reprob absconde et ignorate. **¶** **C**apitulū septimū. **D**e intellectu practico quomodo debet exerceri.

Debet quoq; anima oculo suo sinistro. i. intellectu practico uti virtualiter. s. ad bñ op̄anduz. **I**ntellectus enim bonus ait ps. omnibus facientibus eum. id est bonum intellectus i illis est. qui non solū querunt intelligere ut sciant: sed etiam ut faciant facientes bonū quod intelligunt. **S**cienti enim bonum et non facienti peccatū est

illi. Inquit Jacobo in canonica sua. Ante et item ps ait. Sicut oculi seruoꝝ in manibus dominoꝝ suoꝝ. s. sunt. Ita oculi nri ad dñm deũ nostrũ. Oculi seruoꝝ dicunt esse in manibus dominoꝝ. s. ad videndum. si aliquid in manibus habent ad conferendum. vel si aliquid habent ad exercendum. ut illud operent. Et ita oculi electoꝝ sunt directi ad dñm. Ad considerandum largita et banda beneficia illata. et conferenda supplicia. et iusta agēda exercitia. ut p̄siderent que dñs vult eos agere: sicut seruus cōsiderat opera que vult dominus suus eũ exercere. Et sic oculi seruoꝝ sunt in manibus dominoꝝ. i. in operibus que volunt dñi ab eis. Et q̄ multa sunt que a nobis inspicienda et p̄sideranda sũt ad agendum. Ideo Jo. in Apoca. iij. c. refert. q̄ aia lia que ipse vidit in circuitu dñice sedis. de signantia s̄m Grego. dei electos erant plena oculis. Oportet em̄ oculos habē sp̄uales intus et extra. inferi et supra. retro et antea. In dextera p̄te et sinistra. ad valendum bene inspicere que nobis sunt p̄gruentia. Cin te et xpc dixit cuidam ab eo illuminato. Respice Luce. xvij. Et primo.

Respice intus in p̄cientia. ut rectificer.

Respice extra circa creatura. ut recōpēsent.

Respice supra ad celestia. ut adiueat.

Respice infra ad supplicia. ut ad ea n̄ intret.

Respice retro ad p̄missa. ut remoueat.

Respice ante ad pericula. ut caueant.

Respice ad dextera sc̄oꝝ exempla. ut filia agantur.

Respice i sinistra prauoꝝ gesta. ut tua p̄fiantur.

Quo ad primũ dicit sal. s. j.

uato: Luc. xj. Et ne lumē qd̄ i te ē tenebre sint. i. ne sis tenebrosus in p̄sideratōe eorũ q̄ intra te sũt. Quis ei ocul⁹ corp̄alis. et si alia videat seipm̄ videre nō possit. Ocul⁹ tñ sp̄ualis anie. et se et alia videre p̄. q̄n̄ymo ut dicit Hugo de sancto victo. Ocul⁹ tu⁹. s. aie nihil bene videt. si seipsum nō videt. Et querenti cuidaz gentili ab appoline. quid sibi esset agendum ad beatitudinē consequendā. Responsum est: nosce teipsum. Ad quod facit illud Job. Visitans speciem tuam non peccabis. i. considerans teipsum. Hinc et deuot⁹ Bern̄ ad Eugenium papam. In sc̄o li. de consideratione inquit. Ad te primũ inchoet consideratio tua. Non solũ aut a te: sed et inte finiat. Quocũq; euagetur ad te reuocet cum salutis fructu. Ante et ec̄s. ij. dicitur. Oculi sapientis in capite eius. Oculi quidē corp̄ales ita sunt in capite stulti. sicut in capite sapientis. Sed oculi sp̄uales. s. consideratōnis. solũ sunt in capite sapientis. i. virtuosi nō stulti. i. peccatoꝝ. In capite videlicet in parte superiori anie ut s̄m rationē opetur.

Dec autem consideratō sui s̄m Bern̄. ubi supra in tria diuidit. ut. s. respicias. Quid sis in natura. quis in p̄sona. qualis in moribus seu vita. **Respice ergo primo quid sis in natura.** Et considerans occurret tibi illud beati Job dicentis. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miserijs. et nunq̄ in eodem statu p̄manet. Respice igitur quia natus es de muliere nud⁹. s. et pauper. Miser et miserabilis: erubescens q̄ sis nudus. plorans q̄ natus sis. Murmurans q̄ sis natus ad laborē nō ad honorem. Natus de muliere et ob hoc cū reatu. Primã voce quã emittis fletus est. quasi ex hoc p̄phetans. s̄m Aug. de ciui. dei. te in valle lacrimarum ingressum. Breui uiuens tempore. Et ideo semp̄ cum metu. Et ipa quoq; breuitas incerta est. Repletur multis miserijs et vere multis: quia corp̄is et aie simul. Cũcti enim dies eius laboribus et erũpnis pleni sunt. Et dicit Ec̄s. ij. Quid em̄ calamitate vacat. nascente in peccato. fragili corp̄e. mēte sterili. repletus in corp̄e penalitatibus. infirmitatibus. necessitatibus innumeris. In aia vero replet⁹ ignorantia. cōcupiscētia. malicia. Demũ nunq̄ in eodem statu p̄manet. Alteratus etate. substantia. honore. moribus. affectu. et nunq̄ quiescere valēs. Respiciendo igitur quid in natura es. ad magnã hūilitatē te inducet p̄sideratio hec. **Et q̄ rationalitas q̄ ad quidditatē hominis p̄tinet respecta te s̄b leuabit a deiectōne tante hūilitatōis.** **Respice sc̄o quid sis in p̄sona. i. cui⁹ conditōnis. si videlicet laicus. clericus. religiosus. vel prelatus.** Nam si laicus. ut dicit Hiero. xij. q. j. ca. duo sũt. Licet his temporalia possidere. Sed non nisi ad usũ. i. non ad abusus. His concessum est vxorem ducere. terrã colere. inter virũ et virum iudicare. Oblationes super altaria ponere. decimas reddere. Et ita saluari poterunt. si vitia benefacendo vitauerint. Respice ergo si in tali statu es. q̄ consciētia tua s̄m hec rectificetur. **Si clericus es. interpretare nomen tuũ ut coneris esse quod diceris.** Cleros enim grece. latine fors interpretatur. quia. s. ipse clericus est pars domini. et dominũ suã partem habet. Et autē dicit Ambro. de fuga seculi. Cui portio deus. nihil curare debet nisi deus ne alterius impediatur necessitatis munere i. sollicitudinis occupatione. Dec est em̄ natura sacerdotis. Fuga. abdicatō domesticorum. et quedã alienatio carissimoz. ut suis se abneget qui deo seruire gestit. xij. quest. j. Cui portio. Illud quoq; eos obseruare oportet. quod ait Ap̄lus. Ab omni specie mala abstinete vos. extra. de vi. et ho. cle. Ab omni. Et precipue a familiaritate mulierũ. ut. lx. xxj. di. clericus. et. c. sequentibus. Si autem

religiosus es. et sic religatus. i. bis ligatus. ligamine p̄ceptorū in baptis̄m̄ acceptione. et ligamine obseruatōnis consilioꝝ in solēni p̄fessione. **R**espice quod ait Aug⁹. disti. xlvij. Quātūlibet. Dicut difficile sū exptus meliores q̄ qui in monasterijs profecerunt. Ita difficile sū exptus peiores q̄ qui in monasterio defecerūt. Dis igit̄ debitis contemplationi et orationi ab omni strepitu tempaliū cessare p̄uenit. et victu et vestitu contenti. nullā inter se p̄rietatē habere: sed omnia in p̄muni s̄m̄ Dierō. xij. q. j. duo sunt. Debz etiam claustrō esse p̄tentus. quia sicut piscis sine aqua caret vita. Ita sine monasterio monachus. **P**edeat igit̄ solitari⁹ et taceat. quia mūdo mortu⁹ est. xvij. q. j. Placuit. Si autē prelatus es. **R**espice quia s̄m̄ Erisos. in iudicio sedes. Si em̄ bene vixeris. et bene docueris. populū instruis quomodo uere debeat. Si bene docueris et male vixeris. deū instruis quomodo te debeat condemnare. dist. xl. Multi. Tanta autē debet esse p̄cellentia vite rectoris ad vitā subditōꝝ. quā tū pastor excellit p̄bitōꝝ suaz ouiu. Nec sibi sufficit puritas sua. nisi et puniat aliena crimina. **E**nde Aug⁹. Qui nec regiminis in se ratōnez habuit. nec sua delicta detersit: nec filioꝝ crimen correxit. canis impudicus dīcendus est magis q̄ episcop⁹. ij. q. vij. **R**espice tercio. Qualis sis in vita. proficiens. scz aut deficiens. in moribus. in aduersitatibus. et prosperitatibus: circa que oportet te tenere mediū si non vis p̄tere modū. Nam ut dicit poeta. Est modus in rebus. sunt certī deniqz fines. Quos ultra citraqz nequit cōsistere virtus. **I**nte ergo consiste et non infra dei. non attolli supra. non euadere i lōgius. non extendi latius disce. Nā ut longitudo. s. numia. exterminiū habere solet. dilatio scissuram. altitudo ruinam. et p̄fundū absorptionē. **L**ongitudinem nimia tibi assumis cū promittis tibi longiorē vitā. Latitudinē vero incongruā cū in sup̄fluas distenditur anim⁹ curas. **A**litudinē ruinosa cum te se plus p̄sumit. **P**rofundū cū se plus debito deicit. **Q**ui em̄ longa sibi mentitē tempora. nonne ingreditur iter exterminij. **T**ransit em̄ vite terminos productōnis vite solitudine. **S**imiliter anim⁹ distentus in multa. multis laceretur curis necesse est. **N**empe imoderata extensio extenuationē. et extenuatio nimia scissionē facit. **A**lta vō p̄sumptio quid nisi ruinosā precipitatio est. **E**nde salomon in p̄verb. Ante ruinā exaltat̄ cor. **N**imia aut̄ pusillanimitatis deiectionē desperata quedā absorptio est. **M**ediū ergo in cunctis tene. ut possis p̄prehendere cū omnibus sanctis. que sit longitudo. latitudo. sublimitas. et profundū. s̄m̄ apostolū. **R**espice

etiā qualis ex te sis. qualis ex deo. **E**x te mala. bona a deo esse non ambigas.

Respice secūdo extra te. **S. ij.**

.i. creata s̄m̄ illud **I**sa. lx. **L**eva in circuitu oculos tuos et vide. **I**n circuitu enim tuo ex omni latere inuenis creaturas. **O**m̄is autem creatura triplici voce te alloquit̄ s̄m̄ hugonē de sancto victore. **E**t p̄ma est accipe beneficium. scda est redde seruitiū. tertia est caue suppliciu. **E**t a superioribz inchoando dicunt angeli p̄ effectuz tibi. **A**ccipe beneficium nostrū. qd̄ ex p̄te creatoris continue tibi impēdimus custodiendo. a malis eripiendo. ad bona excitando. **E**t pro hm̄i beneficō ipi creatori redde seruitiū. ei⁹ mādata adimplento. alioquin testes erim⁹ p̄tra te in iudicio. et mīsterio nostro ad inferna detraheris.

Dicit tibi celū cū lumīaribz suis. **E**go tibi motū p̄beo et sine me insensibilis p̄manēs **G**ratissimam lucē tibi sol porrigit. ne in tenebris tēdiosus resideas. et ut pater vere in omnia inferiora multiplicēs virtutes infundit. **E**t ne obscura in totū nox habeat. luna cū stellis splendorē emittūt. celūqz decorant. **P**ro hui⁹ igitur beneficijs redde obsequium creatori nostro. gratias agens adimplēs illud p̄s. **B**enedicā dominū in omni tempore.

Loquit̄ ignis modo suo dicens. **O** hō quantum beneficiū tibi presto. te calefaciēdo. cibos tuos decoquēdo. q̄ plura opera efficiendo. tibi putilia. et sine mei participatōe i calore naturali nutriri nō posses. **P**ro hui⁹ igitur deo redde seruitium. ut calore succenso dulcissime caritatis. dominū deum p̄ om̄ibus diligas. alioquin suppliciu ignis eterni non euades. **A**er quoqz non reticet dicens **E**go tibi flatū concedo ut aspīres et respīzes atqz locutionē tam necessariā. **E**t formare valeas deseruio: te vndiqz curando. **E**t aues varias suauē p̄sonantes melos. et in cibum transeuntes contineo. **R**edde igitur seruitium deo. os tuū ad sui honorē et gloriā aperiendo. **A**qua inquit. **E**go tuas imunditias purgo. et fetores remoueo. **S**icienti non paruū refrigerium affero. **S**pecies inumeras pisciu ad tui usum enutrio. **E**t qd̄ plus est in sacramentis anime tue necessarijs me prebeo. **R**edde ergo seruitium. ut ipsa sacramenta reueraris. **E**t si non ratione materie in se. ratione tamen instituentis et gratie ibi a deo posite. **A**lioquin absorpt⁹ ab aq̄s niuiū transibis ad calorē nimū. **D**emum terra q̄uis infimū elementorum. tamen copiosiori voce te excitat dicens. **O** homo unde factus es. nisi ex me humo. **E**go te sustēto. ego diuitias dono. aurum et argentum ceteraqz metalla. que in visceribus meis gesto. **Q**uot genera animalium propter te pascō et retineo. **E**t aliqua quidem in tui

gi

c

d

Respice igitur primū statum. Et hi sunt pueri siue puellae mortui sine baptismo. post euangeliū diuulgatū. vel remedio alio contra originale ordinatum in veteri testamento. Et hi quibus pena sensibili careant. gloria tamen beatissime visionis imperpetuū priuantur. Et quibus mirū videatur et durū eos priuari tanta felicitate glorie supne sine aliqua culpa ab eis commissa: nulla tamē eis sit iniuria vel iniusticia. Ex contracto enim originali peccato nascimur omnes filij ire. et debitores mortis eterne. Quod si sine ullis meritis tuis placuit pijsimo deo sequestrare te a massa peccatorū. et ad remediū contra debitam mortem te perducere. nō habes hic certe quod contra deum queruleris: sed unde te tua liberatione magis quā illoz ammireris. et ipsum affectuose venereris. **R**espice ad secundū statum. scilicet eorum qui sunt in purgatorio. et ibi secundum psalmum. Oculis tuis considerabis et retributionem peccatorū videbis. Quia enim deus delictum omnino sine ultione non patitur. Ut dicit Gregorius. de peccatorum distinctione. Sic etiam quantum quod minimū sit. quia negligentes fuerunt illi in mundo degentes ad purgandū venialia: et ad satisfaciendū pro criminalibus: ideo ibi torquentur maxima pena. et que a nobis lenissima vel nulla extimantur delicta. ibi acerrime puniuntur. Sicut patet in vita fratrum precipue de quodam religioso. qui ob hoc quod accesserat ad se balneandū ob quandam recreationē in aqua. ibi suffocatus apparuit defunctus cū brachijs et cruribus exustis. dicens se acerrime cruciari. et precipue propter illam delectationē balneandi. et propter hoc apparuerat cū exustione brachiorū et crurium. Sed quod deus timet nihil negliget. **E**ccl. vii. eoz. scilicet quod debet facere ad sui salutē et purgationem plenam. Si tamē perfectū timorē dei habeat. non solum incialē: sed etiam filialem. **R**espice tertio ad statū damnatorū. Quia enim ipsi noluerunt oculos aperire ad cognoscendas culpas. et lacrimis diluendas. nunc sine fructu eos aperiant in tormentis. Sicut legitur de diuite epulone in inferno sepulto. quod eleuans oculos suos cū esset in tormentis. vidit abrahā a lōge. et lazari in sinu eius. **L**uc. xvi. Et ut dicit psalmus. Ipsi videntes sic. scilicet damnati. admirati sunt. turbati sūt. commoti sunt. tremor apprehendit eos. ibi dolores ut putrientis in spiritu vehemēti cōteres naues tharsis. Et loquitur de regibus terre. id est peccatoribus. qui secundum terrena se regunt. et habitant in lateribus aquilonis. ubi est frigus intensū. et significat iniquitatē. que frigidā facit animam dei amore. Tibi tria nota. **P**rimo pene multiplicitatē. ibi ipsi videntes. **S**ecundo multiplicitatē acerbitatē. ibi dolores ut putrientis. **T**ertio acerbitatē. ibi in spiritu de-

Videntes ergo damnati sic. scilicet sicut vidit ille diues in inferno gloriam et requiem beatorū. admirati sunt dicentes: ut refert sapiēs Sapientie. v. ca. Hi sunt quos aliquā habuimus inderisum. et in similitudinē inproperij. Nos insensati vitam illoz extimabamus in saniam et finez illoz sine honore. Ecce quomodo putati sunt inter filios dei. Ipsi videntes sic quod ubi in mūdo erāt in honore diuitijs et delitijs. et tunc sūt in tāta miseria. ut deficiat eis etiam aque gutta. Admirati sūt dicentes. Quid nobis profuit superbia. Aut quid diuitiarū iactantia contulit nobis: trāsierunt omnia illa tanquā umbra. Exinde commoti turbati sunt contra deū. qui habet potestatem super plagam. scilicet ignis quo cruciantur obidentes eum. et pro turbatione linguas suas commanducantes eum blasphemant. ut habetur Apoc. xvij. Turbati sūt contra seipsos adeo ut desiderent mortē. id est sui adnihilatōem considerantes melius eis esse nō esse. quā male esse: sed mors fugit ab eis. quia deficere non possunt a male esse. Turbant et contra eos cum quibus vel pro quibus vel contra quos male egerunt tanquā occasiones eoz pene. Commoti etiam sunt a demonijs qui eos cruciant. qui non dant eis requiem die ac nocte ut dicit Hieremias. v. Et quia pro lecto habent. quod dicit Isaias. xiiij. ca. scilicet subter te sternetur tineae. et operimentū tuū erunt vermes. Tinea scilicet interresis remurmuratō a malo. et vermes stimuloz conscientie propter penā quā sentiunt non autē propter dei offensam. Et ultra hec. Tremor apprehendit eos. timētes adhuc peyora pati: et precipue in receptōne corporum suozum. Tibi cruciatus eis auget. et in presentatione sui in finali iudicio. propter quod dicitur Isaias. xxxij. possedit tremor hypocritas. **R**espice huius multiplicis pene acerbitatē. cū dicitur ibi. scilicet in predictis. dolores ut putrientis. qui maximi sunt. et quasi mortales put mulieres ex eoz clamoribus ostēdunt. Magnus enim clamor. magnū dolorem indicat. Neque enim aliqua similitudo possit induci ad declarandum acerbitatē illius doloris. Omnia enim genera tormentozum huius vite. etiam si possent reperiri in vno homine essent quasi ludus et solatium respectu illius pene. propter quod dicitur Isaias. xxxij. Quis habitare poterit de vobis cū igne deuorante: Aut quis de vobis habitare poterit cū ardoribus sempiternis. quod diceret. Intollerabile erit et tū inhabitare oportebit peccatores. Et deuorans dicitur ignis ille propter absorptionē doloris toti hominis. Et sempiternus dicitur propter durationem. Dolores enim maximi erūt in aspectu iudicis superni. accusantibus omnibus eoz et testificantibus contra eū. demonibus. angelis bonis. et conscientia propria. ac cunctis crea-

94
a

turis. Unde Greg. Quae anguste sunt tunc die reprobis etc. Vide in omel. aduentus. Respice tercio acerbioris causalitatez. ibi. In spu uehementi cōte. na. tar. Ad dñm p̄beta hūc sermonē dicit. cui⁹ spiritus uehemens ē ira maxima. que tamē ira nō est ut in nobis cōcitati animi furor: s; iusta supplicij cōstitutio s̄m Greg. Est igit̄ ira dei seuera punitio eius. Et in hac conterit. id est totaliter terit. ut nulla pars anime vel corpis remaneat intacta aut nō afflicta. Naues viteliscet mentes merces peccatorū secū portantes tarsis. id est gaudia mūdi in ip̄is p̄ctis querentes. Interpretat̄ em̄ tarsis exploratō gaudij. Explorant em̄ hoc ē querūt aliq̄ gaudijum suū et delectatōnez in diuitijs. ut auari. Alij in delitijs ut lasciuī et gulosi. Alij in honorib; ut ambitiosi et supbi. Has igit̄ naues in spiritu uehemēti. id ē seuera sententia cōteret aīa et corpe. Diere. xvij. Duplici p̄tritione cōtere eos dñe deus nr̄. Et hec causa totius pene corū. qz querentes gaudia mūdi noluerūt in mūdo salubriē p̄teri. Qui enim impenitens morit̄: oīno morit̄ et eternaliter cruciat̄ s̄m Aug⁹. de pe. dif. vij. c. fi. Et ideo euita ipenitentiā et respice qz p̄ctores uidebūt cum his in alis filiū homis uenientē etc.

Respice quinto post .s.v.
te seu retro. i. peccata p̄missa ad satisfaciendum nō ad iterandū. Nemo ei mittens manum suā ad aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei Luce. ix. Ponere manū ad aratrum et aspiciere retro: est post assumptā penitentiā vel religionē ad peccatū vel ad seculum corde redire. hoc autē a regno dei excludit. Sed oculos debet quis retro habere sicut habebant animalia de quib; scribitur Apoca. iij. ut uidelicet peccata cōmissa recogitantes ea mortificent. In cuius figura legitur. qz Abraham leuauit oculos uiditqz post tergum herentem arietem cornib; spinis. quē obtulit in sacrificiū pro isaac primogenito Gen. xxij. Abraham itendens matrare primogenitum in sacrificiū ut deo placeret: signat uirtuosum qui aliquando appetitum ratiōnez querit mortificare in honorem dei. dum se3 necessaria que dicitur ratio: subtrahit sibi. Sed aspiciens retro se3 ad uitam preteritam et uidens appetitum sensuales et animale ducet passionum (ut aries est dux ouīū) infixum uitij tanq̄ spinis cōscientiam pungentib;. adeo instruit̄ ut appetitum bestialem offerat deo carnem suam crucifigendo cū uitij et concupiscentijs magisq̄ in discretis abstinentijs. Quia s̄m hiero. Apud eum non tam ualet abstinentia ciborū qz mortificatio criminū. de pe. dif. j. Mensuram. **Respice ergo retro ad opera praua p̄missa p̄pter que creatura exosa effi**

citur deo. s̄m illud ps. Obisti om̄es qui operant̄ iniquitatē. Que etsi aliqñ occulta sunt hominib;: deo tñ clare nota. Unde ip̄e dicit. Scio opera tua. quia nomē habes qz uiuas se3 s̄m apparentiā et mortuus es. Esto uigilans et cōfirma cetera que mortura erāt et penitentiāz age. apocal. iij. **Respice retro** ad locutōnes inutiles. qz ut dicit̄ sapie. primo. Sermo obscurus in uacuo3 nō ibit. Et dicit̄ sermo obscurus locutio que nō habet in se claritatem edificatōnis et recte intentionis. et hic nō ibit in uacuo3. id est nō trās ibit sine punitōe. Et ut dicit aplus. j. ad Corinth. xv. Corrūpunt bonos mores colloq̄a praua. Qd patet p̄ experiētiā in pueris. qui cum a natura puri sint: efficiunt̄ pleni blasphemijs. piurijs. mendacijs. ptumelijs. scurrilitatib;. p̄pter ea que audiunt ab his inter quos cōuersant̄. **Respice ad cogitatōnes prauas.** Naz ut dicit̄ Sap. j. In cogitatōib; impij iterrogatō erit. i. in iudicio dei. ac etiam punitio de ip̄is si noxie fuerint. Unde dicitur michae. ij. Ele qui cogitatis inutile. Et multo magis ue erit eis qui in ip̄is morant̄. Quod reprehendens dñs ait Diere. iij. Usqzqz morabunt̄ i te cogitatōes noxie. Et ideo pota inq̄t. Principijs obsta naz sero medicina parat̄. cū mala p̄ longas cōualuerit mozas.

Respice sexto que .s.vj.
Conscientia rei semper est in pena. ¶ Est autē conscientia recta, laudabilis et appetenda propter quatuor causas. scilicet propter bonitatem puritatem, sinceritatem et tranquillitatem. Est itaque conscientia bona, laudabilis, primo ex ordinatione affectionis. Secundo conscientia pura est laudabilis ex exclusione criminis. Tertio conscientia sincera est laudabilis ex simplicitate intentionis. Quarto conscientia tranquilla est laudabilis, quia sine remotione vermis. ¶ Primo est laudabilis conscientia cuius est bona ex ordinatione affectionis. i. ad thē. j. Finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona. Dicitur autē caritas finis non in quo quiescitur, quia sic solus deus est finis. Sed finis quo quiescitur. Et subdit de corde puro et conscientia bona. i. a vitijs expurgato, et additur de conscientia bona, videlicet non erronea: seu nimis grossa vel scrupulosa. Quod totū figurat in paruo, grandi vel torto naso quē qui habebat tanquā maculam habens: prohibebatur accedere ad ministerium templi. ut habetur leuic. xxj. Et dicitur conscientia bona, qua. scilicet quis sperat peruenire ad id quod diligit. scilicet deum. Quis enim pungit conscientia mala (ut dicit augustinus) retrahit se a spe, vel conscientia bona dicitur secundum bernardum, cui ratio decepta non est nec voluntas peruersa nec memoria fuerit inquinata. Secundo conscientia laudabilis est que pura est ex exclusione criminis. Eccl. xij. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, quando non est acquisita, retenta vel dispensata per conscientiam. ¶ Tertio laudabilis est conscientia sincera, scilicet sine duplicitate intentionis. Actuum. xxiiij. Studeo sine offendiculo conscientiam bonam habere ad deum et ad homines. Sed quid est melius, an bona fama an bona conscientia? certe bona conscientia. Ita dicit seneca, Conscientiam magisquam famam intende: et ponit rationem huius dicentis. Falli namque poteris fama: conscientia vero nunquam. Unde augustinus, senti de augustino quicquid vis quicquid libet, sola me in oculis dei non accuset conscientia. Item ad clerum proponit. Quid obest homini quod ex illa tabula vult illum delere humana ignorantia, si in libro viventium non deleat iniqua conscientia. xj. q. iij. Ex quibus verbis non vult dicere augustinus, quod non debet quis curare de preservatione fame: ad edificationem aliorum. Nam tales reprehendit acriter dicentis. Non sunt audiendi viri sancti siue femine, qui quando reprehendunt in aliqua negligentia per quam fit, ut in mala veniant suspensionem, unde vitam suam longe abesse sciunt dicunt coram deo sufficere sibi conscientiam, extinctionem hominum non solum imprudenter: sed et crudeliter contemnentis: cum occidant animas aliorum. xj. q. iij. Non sunt. Sed loquitur augustinus in ca. supradictis, cum quis

est inter eos qui parati sunt reprehendere, non nunquam imitari: et tunc quo ab illos sufficit conscientia sua unicuique ut dicit gratianus. §. hoc inter eos. q. e. et glo. io. ¶ Quarto conscientia est laudabilis tranquilla, scilicet sine remotione vermis. Unde bernardus in libro de consideratione ait. Magne divitie sunt bona et tranquilla conscientia. Et revera sic est. Quid est rebus divitius. Quid in corde dulcius, quid in terra quietius atque securius: bona conscientia. Damna rerum non metuit, non verborum contumelias non corporis cruciatus que etiam ipsa morte magis erigitur quam dicitur. ¶ Conscientia mala dicitur triplici ratione, vel quia est coinquinata de qua ad thē. j. Coinquinata sunt eorum mens et conscientia. Mens quantum ad intellectum, conscientia quantum ad affectum, coinquinata quantum ad peccatum. ¶ Secundo conscientia est mala quia cauteriata, de qua. j. ad thē. iij. Cauteriatam habentem conscientiam, i. corruptam prava intentione: et adustam igne male concupiscentie. Nam cauterium est corruptio carnis ex igne vel per ignem facta.

¶ Tertio conscientia est mala quia perturbata. De qua sapie. xvij. Semper presumit seua perturbata conscientia, quia extollitur contra deum peccare non metuens cum est perturbata ex remorsu vermis, vel quia extollitur alios affligendo. Et hoc cum est perturbata, i. inquieta et crudelis. Vel conscientia perturbata est, scilicet qui desperat ex crimine: et presumit seua super se ventura antequam veniant sicut fecit chaim Gen. iij. qui dixit antequam puniretur a deo. Ero sagus et profagus.

Notandum quod conscientia. §. vi. ¶ Conscientia recta in scriptura aliquando domus dicitur. Unde ps. Nisi dominus edificaverit domum: in vanum laboraverunt domum, id est conscientiam: et de hac domo potest exponi illud quod christus dicit paralitico sanato. Etate in domum tuam Math. ix. Ubi moraliter tria imperat.

Primum nequaquam quis per desubiam etie. in eo quod dicit, vade.

Secundum ut secundum rectam conscientiam ope in eo quod dicit in domum.

Tertium ut alienam vitam non scrutetur, cum dicit tuam.

¶ Et cum ad primum dicit paterfamilias, qui signat dominum deum, quibusdam statibus in foro. Quid hic statis tota die otiosus, ite et vos, ut habetur parabolice Math. xx. Bre enim est operari. Et qua via eundem sit docet, ps. dicens. Abunt de virtute in virtutem, id est de opere unius virtutis ad opus alterius, et de bono in melius, et quo tandem pervenatur: ostendit idem ps. Effudi in me animas meas, exundo scilicet de potentibus aie

ad actus virtutum. et quasi declarans istas effusionē subdit. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis. s. conscientie. qui tabernaculū et domus dicitur vsq; ad domū dei. s. supna gloria. ¶ **Q**uod ad secundū sciendū q̄ tūc quis vadit in domū suā. quādo operatur s̄m rectā conscientiā. Nam q̄ domus significet conscientiā patet per illud Eccl̄i. x. xvij. Nisi tenueris te instanter ī timore dñi cito subuertet dom⁹ tua. i. p̄scia tua. ¶ **T**ertius seruandum est q̄ ita quis ingrediatur domū suam. i. conscientiā. ad diligenter perscrutandū q̄ non intret alienam curiose inquirendo vitam aliorum. quia minus tunc vacare poterit. Unde dicitur puerbi. xxiiij. Non queras impietatem in domo iusti. i. in p̄scientia: nec vastes requiem eius. Reuertendo autē ad secundū membrum. Notandū q̄ ad hoc ut conscientia sit recta: debet se habere ad modū domus materialis poptime dispositē. quam dispositionem notat salomon puer. ix. Ubi dicit. Sapiētia edificauit sibi domū. i. conscientiā: et excidit colūnas septē. imolauit victimas. miscuit vinū et posuit mēsam. Est ergo prima cōditio domus bene dispositē ut congruenter edificetur. Unde dicit. Sapiētia edificauit sibi domū. Secūda est ut firmiter sustentetur. Unde subdit. Excidit colūnas septē. s. ad sustentandum. Tertia ut delectabiliter ibi quietetur. Unde cōclubit. Imolauit victimas. miscuit vinū et posuit mensam. Certe huic domui sic bene dispositē cōgruit illō quod dixit xpc̄ zacheo Salus huic domui facta ē Luce. xix. Et quilibet sic conscientia suā deberet aptare ut sic esset recta. Unde in figuraz dictū fuit. ezechie dispone domui tue. i. conscientie eā ordinando. ¶ **Q**uod ad primū. s. ad hoc ut dom⁹ conscientie cōgruenter edificetur: oportet q̄ fundamentū iaciaf solidū. paries erigatur ī altum. tectum ponatur desursū. solaria intra multiplicetur in mediū. Solidum autēz fundamentū est petra. petra autem erat xpc̄ ait ap̄tus. i. significat xpm. Et fundamentū aliud ī domo. s. recte cōscientie: nemo potest ponere preter id quod positum est. s. dñs ihs. j. ad corin. iij. Hoc est fides eius. Unde et saluator noster loquēs de viro sapienti dicit. q̄ edificauit domū suam supra petram. Mat̄h. vij. i. conscientiam suam super veram fidem doctrine eius. Et ideo ut subditur ibi. descēdente pluuia. s. temptationū que sūt a demonijs existentibus in aere. et flātibus ventis ambitōis et inanis glorie que sūt a mūdo. et superuenientibus fluminibus p̄cupiscentiarū que sūt a carne. et irruentibus in illam domuz: nō cecidit sed stetit. quia fundata erat supra firmam petram. ¶ **P**aries qui a fundamento surgit. et versus celū erigitur

est spes procedens a fide: et respiciēs dei promissum. qui paries ad modū domus est quadruplex. Videlicet expectatō premij in celis expectatio venie de peccatis. expectatio auxiliij in agenbis et expectatio refrigerij ī aduersis. Unde ap̄tus. ij. ad corin. v. Habemus domū non manufactam. s. cōscientiā in celis videlicet per spem. ¶ **T**ectum talis domus s̄z cōscientie recte est caritas. De qua dicit puer. x. Aniuersa dicitur operit caritas. hec omnia sustinet sicut tectum domus. s. grandinem calorē et huiusmodi. que significant tribulationes. Respicit etiam tectum in extremitatibus suis terrā. quia non solum cōtemplatur deum in altitudine. Sed etiam inclinatur ad suffragandū p̄ximo. In cuius figuram paraliticus iacēs in lecto. a quibusdam per tectum domus fuit submissus ante xpm et inte curatus. ut habetur Mat̄h. ix. et luce. v. ¶ **S**olaria huius domus sunt quatuor: de quibus dicitur sapiētie. viij. Sobrietatem et sapientiam docet iustitiā et virtutem. quibus utilius nihil est in vita hominis. Est igitur primum solarium. sobrietas seu temperantia que facit abstinere a superfluis delectationibus. et in hoc solario sunt plures camere siue officine. s. virtutes ei annexę. de quibus nunc non oportet dicere breuitatis causa. Secundum solarium dicitur sapientia que precauet insidias in agēdis. habens cameras suas videlicet virtutes annexas. Tertiū est iustitia in malis vitādis p̄ximorū in miserijs subleuādis. habēs et ipsa multas cameras. i. virtutes annexas. Quartum est virtus. i. fortitudo ī perferendis molestijs cum suis cameris. i. virtutibus annexis. Unde ergo in domum tuā. i. conscientiam sic recte edificatā de solario in solarium et de officina ī officinā. et de camera in camerā virtutuz discurredo: et sic recte opaberis. Hanc tamen domū p̄scientie nō tu s̄z principaliter de⁹ edificat. Et ideo bene dicitur q̄ sapia. s. xpc̄ edificauit sibi domū. ¶ **Q**uod ad secundū ad hoc ut domus firmiter sustentetur cū lata ē et alta: requirunt plures colūne que sustineant pondus. Septē autē colūnas sapiētia excidit ad stabiliendū et sustentandū domū conscientie. Alis p̄pter diuersos impulsus vitiorum corrueret. Et sūt he septē columnę: septem conditiones vere penitentie. quas ponit ap̄tus. ij. ad corin. viij. dicens. Que em̄ s̄m deum tristitia est penitētia in salutem stabilem operatur. Operatur enim in nobis sollicitudinem sed desiderium sed defensionem. sed indignationem. sed timorem. sed emulationem. sed vindictā. s̄m bugonē cardinalem. ¶ **E**st igitur p̄ma columna sollicitudo. s. ad bene custodiendum sensus suos qui sunt fenestre anime seu por-

te. per quas ingreditur diabolus. ut fureſ
 theſauruz virtutum. Unde ſolicite vigilare
 oportet. Quod docet xpc Mathei. xxiij. Si
 ſcires paterfamilias qua hora fur veniret.
 vigilaret utiqz et nō ſineret pfodi domū ſuā
 a ¶ **Secunda eſt deſideriū. ſ. placēdi deo. qui**
 eſt feruor caritatis multū domū cōſcientie
 fortificans: et abſorbens peccata quottidia
 na: ſicut ignis guttas aque. In huius figu
 ram zacheus deſiderans xpm videre. et nō va
 lens ppter paruitatem ſtature: aſcendit in
 arborē ſicomorū. ppter quod deſideriū xpc
 dixit. **Descende quia i domo tua oportz me**
manere. Aſcenſio aut in arborē ſignat aſcē
ſum mentis p meditatioz et affectū ad cru
cem ſeu paſſionem xpi. Circa qd dicit bern.
ſuper Can. Quid efficacius ad curandū cō
ſcientie vulnera. necnō ad purgandū anīe
mentē q xpi vulnerū ſedula meditatio.
 b ¶ **Tertia colūna dicitur deſeſio. ut ſi cum**
 inimicus vult circūbare domū cōſcientie et
 intrare p deſperationem. vel laſciuam vel
 per alia vitia: deſēdat ſe quis viriliter reſi
 ſtendo. quod quia nō fecit mulier que fuit
 poſita ad cuſtodiā domus iſbozet regis
 iſrael: ſed do: mitauit intrātes duo princī
 pes latronū domū occiderūt ipm regē pcuti
 entes in inguine. **Ut habetur. ij. reg. iij. Ad**
figuranduz q ſi mulier. i. ratio nō defendit
ſe ptra temptationes ſ; dormitat. occiditur
animus et domus cōſcientie ſpoliatur.
 c ¶ **Quarta colūna dicitur indignatio cōtra**
ſeipm deſtando peccatū cōmiſſū inq̄tu: ē
dei offeſa. Et quāto q̄s magis indignatur
et deſtatur peccatū: tanto fortior ē colum
na. Nō aut debet quis indignari ptra natu
rā peccatoris vel p̄ perſonā eū ad miſericor
diam ſuſcipientis. Sicut indignat̄ ē frater
probigi de patre ſuſcipiente ipm pbigum re
uertente ad penitētiā et ad domū paternā
abeo indignatus q noluit in domū introire
Sed ipē pbigus indignatus ptra ſuam cul
pam intrauit domuz et honorabiliter ſuſce
pit̄ ē. ¶ Quinta colūna eſt timor. qui i pec
catoribus aliqualiter diſpoſitis i pſcientia
ſolet eſſe principaliter de penis inferni. Et
hic timor: licet nō ſit ſufficiēs ad ſalutem ta
men cauere facit a multis malis: et ideo bo
nus. Timor em̄ domini expellit peccatū. ut
dicitur Eccl̄i. j. Sed in recte pſcientiatis ti
mor iſte eſt d nō offendēdo deū: ne amittat
gratia beniuolētie ei. Et iſte eſt neceſſari
¶ Et eccl̄i. xxvij. dicitur. Niſi tenueris te iſtā
ter in timore domini cito ſubuertet̄ domus
tua. ¶ Sexta colūna ē emulatio. illa videli
cet de qua dicit apls. Emulamini carīſſi
ta meliora. j. corin. xij. Nec emulatio impo
rat affectum magnū habendi bona ſpiritu
alia que videt in proximo. cum quadam tri

ſtitia de defectu illoz bonozum que in ſe eē
 non videt. Et hoc facit hominem laborare
 ad profitendum in via dei. Hāc emulatioz
 videtur habuiſſe martha. que xpm excepit
 in domum ſuam. ut dī luce. x. ppter quod q̄i
 dolens q ſoroꝝ ſua erat magis debita ſpiri
 tualibus. quia ſedens ſec̄ pedes domini au
 diebat verbū illius dixit xpo. domine nō eſt
 tibi cure q ſoroꝝ mea reliquit me ſolā mini
 ſtrare. ¶ **Septima colūna dicitur vindic**
ta id eſt puniſtio de ipſis peccatis. Quanto
em̄ quis plus peccauit et grauius: tanto ma
gis debet dolere et ſe corporaliter affligere.
Eſt ei penitētia (ut dicit aug.) quedam do
lentis vindicta. puniēs in ſe quod dolet cō
miſiſſe. de pe. diſt. iij. Quod optime ſeruauit
maria magdalena. quando intrans i domū
ubi xpc erat. ſtans retro lacrimis cepit rī
gare pedes x̄c. luc. viij. Haſ igitur ſeptē colū
nas domum cōſcientie ſuſtentātes. ſapientia
xpc excubet ex ſe procedentes. pponens et
tiam homo p liberum arbitrium in domo
cōſcientie habitare: ſuſponit haſ etiam co
lumnas. Et ideo in domū ad huiusmodi
columnas ſuſponendum vel reſtitendum:
poſſūt etiam itelligi per haſ columnas ſep
tem dona ſpiritualia. ¶ Etum ad terti
um principale dico q ad bonitatem domus
requiritur q delectabiliter ibi homo quie
ſcitur. Dicitur em̄ prover. xxvij. q ſumus.
ſtillicidium et litigioſa mulier expellunt ho
minem d̄ domo. Et hoc ideo quia inquietāt
ipſum. Et ſumus quidem qui in altum a
ſcendit eſt mentis elatio. Mulier litigioſa
eſt ſensualitatis contradiſtio ad ſpeciem.
Stillicidium eſt peccatorum etſi paruozum
vilipenſio: ſeu curatioz eoz neglectō. Sed
diuina ſapientia in domo conſcie quam edi
ficauit ut ibi ſit quiete et letitia. poſuit men
ſam ſacrozum eloquiorum. bonozum ſpūa
lium que defendunt nos contra volentes i
quietare. Unde. ps. Paraſti in pſpectu meo
menſam aduerſus eos qui tabulant me. p̄
molauit victimas. id eſt ſacrificia xpi et ſā
ctozum quibus ſeipos obtulerunt morti. Pro
poſuit ut in euchariftia et alijs ſacramentis
Sic pater filio probigo i domū reuerſo ob
tulit vitulū ſaginatū in eſū. Miſcuit etiaz
vinum quod letificat cor hominis: et omnē
mentem facit ſecuram. ut dī. ij. eſdre. ix. id ē
ſpūalem conſolatōnem et letitiam. De qua
domo cōſcientie ſic pparata dicit ſapientis.
Intrās i domū meā. ſ. pſcie cōq̄ſcā cū illa.
¶ Non em̄ habet amaritudinem cōuerſatio il
lius. nec tedium quietis illius: ſed letitiaz
et gaudium. ſapient. viij. Quod gaudiu: cau
ſatur ex ſeptem fructibus ipius bone con
ſcientie. quibus fruſtur. ſc̄z in vita p̄ſenti

et horum. **P**rimus est. Quia ipsa est radix caritatis. **Eni.** j. ab tibi. j. finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona. s. procedens. Et bern. in li. de perseveratione. Fortitudo tua fiducia fidelis conscientie. **Secundus** fructus est nitor veritatis. **Unde.** ps. orabat Dirige in prospectu tuo viam meam. glo. in conspectu tuo. i. in conscientia ubi solus deus videt: via que ducit ad patriam est via veritatis. Et subdit. Quonia non est in ore eorum veritas. s. inimicorum qui falso opinantur de conscientia alterius. **Sed** ut dicit greg. Liber inter accusatores est que conscientia non reprehendit. xj. q. iij. inter verba. **Tertius** fructus est ornatus venustatis. s. anime que est sponsa christi. **Unde** dicit ipse sponsus anime sancte. Pulchra es amica mea que pulchra. s. quo ad interiorum dispositionem et exteriorum conversationem. **Et** ideo dicit bis pulchra. oculi tui colubarum diligentem circumspectionem. absque eo quod intrinsecus latet. s. in conscientia per honorum ornatum. s. positionem. **Quartus** est retractorium a peccatis. **Quem** enim conscientia mordet et stimulat que aliquid sit illicitum. per hoc retrahitur a peccato in quo labi posset. **Considerat** enim illud iacobi. iij. Scienti bonum et non facienti: peccatum est illi. Et. ij. petri. ij. Melius esset illis veritatis viam non agnoscere: que post agnitam retroire. **Nec** tamen propter hoc fugiendum est ad latebras ignorantie. ut dicit aug. Quia affectata ignorantia peccatum auget non minuit. **Et** que conscientia retrahat a malo et puocet ad bonum: ostendit puer. x. ij. ubi dicitur. Est qui pomittit: et quasi gladius pungitur conscientie. **Nam** instinctus conscientie promittit premium beneficienti: et pungit minando penam eternam bona negligenti. **Quintus** est thesaurus honestatis. de quo **Eccl.** xij. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. **Quod** tam de substantia rerum terrenarum que spiritualium intelligi potest. ut. s. nec de virtutibus nec scientia supbiat: et temporalia illicite non retineat. **Hinc** cassiodorus in eplis. Quid acquiri ait putatur. ubi bona conscientia perditur. aut in qua parte possit homo proficere: si innocentiam probatus fuerit amisisse. **Sextus** est testimonium bonitatis. **Ad** ro. ij. Testimonium illis reddet conscientia sua. **Unde** greg. sup ezech. Quid prodest si omnes laudent et conscientia accuset. **Aut** quid poterit obesse. si omnes derogent et conscientia defendat. **Et** bern. super Cant. Omnino sufficit aduersum nos loquentium iniqua: opinio bonorum cum testimonio conscientie. **Septimus** fructus bone conscientie est primum delectabile. **Nam** ut dicit puer. xv. Mens secunda quasi iuge convivium. securitate autem mentis facit bona conscientia. **Unde** et sapientia paravit mensam. miscuit vinum. quod vi-

num etiam intelligi potest de sanguine christi. qui principaliter operatur conscientie bonitatem. **Unde** apulus ad heb. ix. Sanguis christi mundavit conscientias nostras. **Quintum** ad quartum de ornatu domus requiritur que sit picturata. s. exemplis sanctorum edocta. **Unde** quidam rex turpis spiritus cubiculum suum depingi fecit pulcherrimis imaginibus. ut eorum aspectu uxorem suam pulchrum pareret filium. **Cur** christianus domum sue conscientie in memoria bonorum exemplorum non depinget. ut uxorem se sualitatis plures virtutum gigneret. **Secundo** requiritur ad ornatum domus que sit odoribus non fetoribus referta. quod fit per bonam famam: ex honesta conversatione et virtuosa. **Unde** apulus. ij. corin. ij. Christi bonus odor summus deo in omni loco. **Et** in figuram huius dicitur de domo ubi christo facta est cena a martha et maria. **Quod** domus repleta est ex odore unguenti ioh. xij. **Tertio** pertinet ad ornatum domus. ut sit bene illustrata lumine gratie. vel luce: ne lumine scripture veritatis. **Unde** etiam in figuram. mulier ut adinueniret dragmam accendit lucernam et evertit domum. ut habetur pabolice luce. xv.

Sed queri potest. **utrum.** §. vij. quis scire valeat se habere rectam conscientiam lumine. s. gratie illustratam. an non. **Ad** quod respondetur secundum alexandrum de ales. que septem sunt differentie hominum circa bonum attendende. **Aliqui** enim putant se habere bonam conscientiam et gratiam seu caritatem: sed neutrum habent. **Alii** sciunt que illam non habent. **Alii** dubitant de hoc. **Alii** opinantur que habeant gratiam et bonam conscientiam. **Alii** experiantur: sed non habent de hoc scientiam. **Alii** hoc sciunt tamen per revelationem. **Septimi** hoc sciunt per causam et certam visionem.

Primi ergo sunt infideles et heretici. imo etiam christiani quidam tepidi. qui non illustrata conscientiam suam: ex ignorantia crassa mortalium communia non credunt mortalia esse. **Unde** in his perseverant: et sacramentum eucharistie indigne percipiunt. propter quod dicit apulus. j. ad corin. xj. probet seipsum homo. i. conscientiam examinet: et sic de pane illo ebat. **In** tali cecitate fuit aliquando paulus ut ipse testatur. **Nam** captus a romana militia hierosolimis iudeos ab quorum petitione captus fuerat sic alloquitur. **Ego** omni conscientia bona conversatus sum ante deum usque in hodiernum diem act. xxij. **Qui** tamen persecutus fuerat ecclesiam putans benefacere.

Secundi sunt qui sciunt se habere non bonam conscientiam. ut hi qui sciunt se esse in mortali actu vel proposito. non penitentes. ab quos potest illud dirigi **Eccl.** vij. **Scit** conscientia tua quia tu crebro male dixisti alijs.

Tertij sūt qui dubitāt se habere bonā cōscientiā. qui. s. habēt rationes eque fortes ad hoc q̄ sint in gratiā. sicut ad oppositū. puta cū vidēt se esse tepidos in amādo deū. nō habendo affectum orādi et ad alia spiritua- lia. Vel multū remissum. parum dolorē sēti re de peccatis et hōi. Et ex opposito p̄siterant nullam volūtatem se habere peccandi mortaliter: s; p̄positū abstinēdi. detestari pec- cata cōmissa rōne et hōi. Tales dicē pos- sūt illud apostoli. Nihil mihi p̄sciū sum: s; nō in hoc iustificatus sum. j. ad Corin. iij.

Quarti opinant se habere bonā p̄sciēti- am et se esse in gratiā. etiā p̄bilitate: cū for- midine tamē aliqua de opposito. Sicut illi q̄ vidēt se feruētes in amore dei et p̄xi. et a- mare lugere dei offēsas. patos ad sufferē- dū aduersa. sentiūt tamen aliquādo rebelli- onem carnis ad spiritū et fragilitatē. Et hi dicere valēt illud. ij. ad corin. j. Gloria n̄a hec est testimoniū cōsciētie nostre. q̄ in sim- plicitate et sinceritate dei et nō in sapientia carnali: sed in gratiā conuersati sumus.

Quinti experiunt se habere gratiā a bo- na p̄sciētiā. sicut illi qui sentiūt dulcedinem diuine bonitatis in oratōe. et gustant q̄sua- uis est dominus. Ad quod inuitat. ps. Gu- state et videte quoniā suauis est dñs: beat⁹ vir qui sperat in eo. gustate ait. s. notitia ex- perimētali et affectiua. causata ex re vnita sensui gustus. s. et affect⁹. Videte. s. p̄emplā do eius bonitatē. quoniā suauis ē dominus anime querēti eū et gratiā possessionē. Bea- tus vir qui sperat in eo. s. habens p̄sciētiā bonam. Nam q̄ p̄sciētiā bona significet sp̄e patet ex illo apli. j. ad thimo. j. Caritas de corde puro. s. p̄cedit et p̄sciētiā bona. ubi glo- sa. i. spe vera. que causat ex dei amicitia. si- cut et spes causatur ex bona cōsciētiā. Ista tamē cognitio nō ē per mediū infallibile: s; p̄ signa. Et q̄ de bona p̄sciētiā queat haberi experimentalis cognitio p̄batur Apo. ij. Elbi dicit. Vincētī dabo māna absconditū. vincētī. s. vitia. dabo māna absconditū. i. dulcedi- nē ex inhabitatione xp̄i in domo consciē- tie. absconditū. quia ab alijs non videt nec clare a seipō: et sic sentit. Et dabo et calculū candidū. i. habitū gratiā et caritatis. q̄ gra- tiā lucet et mūdāt. inde dicit candidū. Cal- culus autē hic dicitur carbunculus: et nomē nouū scriptū qd nemo scit nisi qui accipit. hoc nomē est quo filij dei p̄ adoptōem effiti- mur. **Sexti** sūt qui sciūt se habere bonā p̄sciētiā et gratiā p̄ reuelatōz dei. quod ha- buit abraham quādo dominus ei dixit p̄ an- gelū. Nunc cognoui quod timeas deū Gen. xxiij. Cognoui. i. cognoscere te feci. q̄ time- as deum. s. timore filiali. qui sine gratiā et cō- sciētiā bona esse non potest. **Septimi** sūt

qui sciunt per causaz rei vel ratione rei. ut hi qui clare viderūt diuinā essentiam in vi- ta presenti. sicut moyses in veteri testamen- to et paulus in nouo quando raptus fuit ad tertium celū. Unde ip̄e dicebat. Certus sum q̄ nec mors nec vita q̄ sepabūt nos a cari- tate xp̄i Ad ro. viij.

Hec ḡ bona p̄sciētiā di. §. viij
citur domus. de qua xp̄e dixit. Domus mea domus orationis vocabitur. Et de mala sb- dit. Eos autē fecistis illā speluncā latronū Math. xxi. Facit aliquis domum p̄sciētie speluncam latronum ex septēz malis que re- periuntur in ea. Et primum est quia bellūz intestinum generat. dū una cogitatio alte- ri recalcitrat Seneca. Timidū nō facit am- mum. nisi reprehensibilis vite conscientia.

Secundum malū est. quia primū enecat quia cū quis ab intra habituatus mala cō- sciētiā: ad extra mala opari incipit: primo causa ruine insidit. Unde aplus. j. ad cor. viij. Siquis viderit eum qui habet p̄sciētiā in idola recubentem. nonne conscia ei? cum sit i firma edificabitur ad manducandū ido- laticā: et peribit i firmus frater i cōscia tua

Tertium mūda immūda sibi aptitat seu facit. Ad thitū. j. c. Omnia mūda mundis. i. quinis autem et infidelibus nihil est mū- dum: sed inq̄nata sunt eorum mēs et consciē- tiā. Quartum malum est. quia difficilem vi- am patitur cum iniustis. qui dicunt Sap. v. Ambulauius vias difficiles. Quod cō- trarium suadet apostolus ad hebre. x. dicēs Accedamus ad sacerdotē magnum xp̄m cū vero corde i plenitudine fidei asperi corda a cōsciētiā mala. Dicit et Seneca. Mala cō- sciētiā sepe tuta est: segura nūq̄. **Quin- tum** ad errorem abiuuat. ita ut nōnūq̄ ab heresim inducat. j. ad thimo. iij. In nouissi- mis temporibus discedent quidam a fide at- tēdentes spiritibus erroris et doctrinis dmo- nioz in ypocrisi loquentiūz mendacium et cauteriatam habentium suam conscientia. id est corruptam et cōcupiscentiā abustam.

Sextū ad gehennā edificat. Omne em̄ qd est contra conscientiam etiam erroneam si- durat vel q̄ non ē ex bona cōsciētiā: edifi- cat ad gehennam. xxviij. q. j. Omnes. **Se- ptimum** malum est quia tristitiāz continu- at in magnum grauamen anime Sapie. x. vij. Semper p̄sumit seua et perturbata con- sciētiā. Et ysidorus. Nulla pena grauior q̄ mala conscientia.

De p̄sciētiā scrupulosa. §. ix.
p̄ ex p̄i illd. ps. Saluū me fecit. s. de? a pu- sillanitate sp̄s et pestate. ubi tria p̄nt notari **Primum** est scrupulose conscientie sanatio ibi. saluum me fecit.

Secundum scrupulose conscientie causato
Ibi. **A** pusillanimitate.
Tertium scrupulose conscientie nociua aggra-
uatio seu pagatio. Ibi. **E**t tempestate.

Incipiendo aut a secundo ut ordinatius
loquamur. Sciendum quod scrupulus est vagil-
lacio quedam consurgens cum formidine ex
aliquibus coniecturis debilibus et incertis.
Unde videtur esse scrupulus id quod apud
alios dicitur pusillanimitas que est tedio seu
timore reipse aduersa iners et inconsiderata
tracti animi deiectione. Et sic utriusque. scilicet tam
scrupulus quam pusillanimitas importat inordinati-
tatem timorem. Et ipse scrupulus a quibusdam vo-
catur erronea conscientia. ab alijs timor con-
scientie: et ab alijs pusillanimitas. Contra
quod dicitur Eccl. vii. Noli esse pusillanimis
in animo tuo. Sciendum autem secundum albertum
in li. de quatuor coeuis. quod differentia est in-
ter scientiam. fidem. opinionem. dubitationem
et scrupulum seu suspensionem. Nam scientia pro-
pria est eorum que cognoscuntur per causas
et quia impossibile est aliter se habere. Fi-
des autem est perfecta persuasio unius partis seu
conclusionis per multa probabilia vel auctori-
tatem dicentem. Et hoc etiam appellatur cre-
dulitas et conscientia. Opinio autem est acceptio
unius partis cum formidine alteri. ita tamen
quod ad illam quam formidatur non habetur ratio
expressa: formidatur tamen propter debilitatem
rationis alterius partis. Dubitatio vero est in-
terminatus motus rationis super utramque pre-
contradictionis per equalia media ita quod non
magis pendet ad unam partem quam ad aliam: et hec
etiam dicitur ambiguitas. Demum scrupulus
ex leuibus pieturis seu medijs et multum de-
bilibus: mouetur ab una parte. Et hic etiam
dicitur suspitio et pusillanimitas spiritus. que
repellenda est. Unde dicitur. vii. q. i. oues. Om-
nis suspitio potius abicienda est quam acceptan-
da. Et ratio assignatur in tertia parte cuius
dicitur. Et tempestate. **I**n qua quidem ter-
tia parte notatur effectus nociuus qui sequitur
ex ipsa pusillanimitate seu scrupulo. **I**n-
ducit enim ad quoddam tedium et tristitiam aggra-
uatiorem animi. ut nil boni ei agere libeat: et
sic velut tempestas que descendit in egiptum
consumpsit omne quod spernit viride. Sic tri-
stitia procedens ex scrupulo consumit vigorem
et robur animi. **D**iminuit etiam audaciam
aliorum ad bonum sui exemplo. propter quod do-
minus precepit. quod hi qui erant cum gebeone pu-
gnaturi contra hostes formidolosi et pusillani
mes: non irent cum alijs: sed reuertentur do-
mum. ne videlicet ex timore fugiendo: aliorum
audaciam debilitarent. ut habetur iudicum. vii.
Et in figuris scribitur ione. i. quod hi qui nauiga-
bant cum iona propheta. orta tempestate in mari

omnes timuerunt valde: sed ipse iona ab eis se-
moto cessauit tempestas et securi facti sunt.

Inducit tamen scrupulosa conscientia tem-
pestate desperationis a qua liberari se pete-
bat. ps. dicens. Non me demergat tempestas
sed desperationis. Unde et bernardus. Pusillanimitas
parat perturbationem. perturbatio despera-
tionem. desperatio vero interimit. In cuius figu-
ra legitur. i. macha. ij. quod quibusdam scrupulosi ex
societate machabeorum. quia noluerunt se desere
contra hostes bellantes aduersus eos in
die sabbati timentes ne propter hoc violarent sab-
batum occisi sunt ab eis. **C**ausatur autem ista
scrupulositas seu pusillanimitas inducens
tempestate multorum malorum. quandoque ex
complexione ad timorem ydonea. ut est com-
plexio frigida. puta in feminis vetulis et me-
lancolicis. Timor enim naturaliter secundum dama-
scenum cor constringit. sicut et frigida con-
stringunt et congelationem faciunt. Ad quem
motum contractionis imaginatio mouetur
a timoris dispositio. ita ut concipiat quis
aliquod esse futurum malum: et pro consequens
fugiendum. **Q**uandoque causatur pusilla-
nimitas seu scrupulus ex egritudine mani-
ca vel melancolica. que est infirmitas capi-
tis per quam leditur imaginatio et quandoque
ratio. Unde galienus et auicenna dicunt. quod ma-
nia est infectio anterioris cellule capitis cum
diminutione ymaginatiois. Melancolia vero est in-
fectio medie cellule capitis cum diminutione ratiois
Causatur et aliquando scrupulus ex temptatioe dia-
bolica. per enim diabolus deo permittente mouere
melancolicos humores in homine. per quos
imaginatio vel errare potest: aut turbari
ad timorem inordinatum. Unde et auicenna
dicit quod quibusdam medicis visus est. quod me-
lancolia contingat a demonio. **A**liquando
vero procedit pusillanimitas seu scrupulus ex
regiminis corporalis negligentia. scilicet per ni-
miam abstinentiam. vigiliam et huiusmodi
Unde hieronimus. Rationalis hominis di-
gnitatem amittit. qui vel ieiunium caritati
aut vigiliam prefert sensus integritati. ut per
imoderatam abstinentiam atque indiscretam
psalmodiarum vel offitiorum decantationem.
aut amentie aut tristitie. id est melancolie incur-
rat notam. de conse. di. v. Non mediocriter
Aliquando causantur scrupuli ex societa-
te timidorum. Nam vnus scrupulosus facit
alium scrupulosum. Remouende igitur sunt
puiusmodi cause ne ipsa pusillanimitas tem-
bestatem inducat: et tamen in infernum de-
uoluat. Quod inde consequi ostendit. ps. qui
postquam dixit. Non me demergat tempestas ne
expositus est. Subdit. Neque absorbeat me psu-
dum. scilicet infernus.

Quod autem remoueatutal. S. r

scrupulositas: declarandū est nūc: reuertēdo ab primā pte. ubi dī. **Saluū** me fecit. scz ab hmōi. **Saluat** ab isto malo. sic et ab aliis cūctis pncipalitē de. vñ q̄ dixit sara vxor thob. dño loquēs p̄ tēpestatē. s. scrupulositatis tranquillū facis. **Saluuz** aut facit ab hmōi tanq̄ p̄ instrumēta p̄ mozales medicos. prelatos q̄ p̄fessores. p̄sultores p̄doneos. **Nō** aut debēt scrupulosi dure corripī: s; animari ad deponēdū pusillanimitatē q̄ scrupulū. ostendendo picula supradicta: nisi seq̄tur medicī spūalis monitū. **Septē** aut sunt regule quaz̄ adminiculo p̄sciētia scrupulosa seu erronea deponi p̄ et debet: et sic saluari. **Primū** videlicet debita ad gratiam dei p̄paratio. **Secundū** sollicita sacre scripture indagatio. **Tertiū** oratōis duota p̄tinuatō. **Quartū** op̄inōis alie tuta electio. **Quintū** obediētie humilis imitatio. **Sextū** scrupuloz̄ animosa abiectio. **Septimū** p̄ceptoz̄ rū discreta ep̄icaz̄atio. i. interpretatō. Que septē iubet habere eterna sapiētia. puer. ij. **Et** si nō fm̄ ordinē positū dicēs. **Si** susceperis sermones meos: subaudi modo debito q̄ ad septimuz̄ et mādata mea custodieris penes te. s. obseruādo: et sic te ad gratiaz̄ p̄paratō quo ad primū. **Si** sapiētia iuocaueris scz per orationē. quo ad tertiu. et inclinaueris cor tuū. s. p̄ obediētia. quo ad quintū. prudētie. s. eligēdo op̄inōnē tutam q̄ ad quartū. **Si** quesieris eā quasi pecuniā quo ad sextū. s. animose abitiēdo scrupula. tūc intelligēs timorē dñi: et sciētia di iuenies q̄ facit rectā p̄sciētia. **¶ Prima** igit̄ regula ē. ut quis se ad gratiā p̄paret: quantū p̄: sez uādo mādata dei. de peccatis p̄petratis tollendo et p̄fitendo. **Nā** quicūq; facit quod in se est fm̄ thō. in. iij. nulli tali abstrahit deus gratiā sed infallibilit̄ infūdīt. et lumē domi. sapiētie. sciētie. cōsilij et intellect̄ tribuit. quibus iuari p̄ ad depositōez̄ erronee p̄sciētie. **¶ An** ip̄e dicit p̄ hieremiā. c. iij. **Conuertimini** fili. reuertētes q̄tū. s. in vobis ē: et ego sanabo aduersiones vestras. **Et** p̄ ezechiele. c. xvij. **Nūq̄d** volūtatis mee ē moza impij: et nō poti⁹ ut p̄uertatur et viuat. **Et** p̄ ysa. xlix. c. dicit. **Nūquid** obliuisci p̄ mulier infantē suū. ut nō misereatur filio vteri sui. **Et** si illa oblita fuerit: ego tamē nō obliuiscar tuū. **Figurā** huius habes. ij. reg. xiiij. in absolone fratricida recepto ad gratiaz̄ a patre suo dāuid: recognita offēsa se humiliando. **¶ Secūda** regula ē sollicita sacre scripture indagatō. **¶ An** dicit salomon. si quesieris eā q̄si pecuniā amatores mūdī. q̄ studiū habēt acq̄rendi pecunias: p̄ceptoz̄ querūt primo bene doctū in arte. p̄ quā volūt acq̄re pecuniam ut doceat eos subtilitates et modos acq̄rendi exinde sūt solliciti ad videnduz̄

et recolligendū libros suoz̄ cōputoz̄ auxilia etiā querūt alioz̄: et sic etiam spūaliter queri debet sapientia scripturaz̄ diuinaruz̄. **¶ Unde** puer. j. dicit. **Audiens** sapiēs sapiētiōz̄ erit q̄ intelligēs gubernacula possidebit. **Animaduertet** parabolā et interpretationez̄ verba sapiētū et enigmata eoz̄. **¶ Dinc** Hiero. ad paulinū. **Intellige** te i sacris scripturis sine p̄uio et mōstrante semitā: nō posse ingredi. **Et** exemplificat de quibuslibet artibus: et de paulo qui post annos. xiiij. contulit cum apostolis euangelium: et saluatore nostro duodenī interrogante doctoz̄es i templo: dinc debet quis assidu⁹ esse in lectione scripturaz̄. **¶ In** hiero. ad nepotianū. **Scripturas** sepius lege. immo de māu tua nunq̄ sacra lectio deponat. **Disce** q̄ doceas. **¶ In** buus figurā mandauit dñs. exo. xxxv. ut veteres q̄bus portabatur archa: iugiter anulis ip̄ius arche eēt inserti. ne cū haberet trāsferri moza fieret de trāsmitēdis vectibus. **Ab** signanduz̄ q̄ qui habent alios docere. p̄ quos ecclesia quasi circūfertur: debent continuo abberere studio scripturarū. fm̄ quadruplicem sensum significatuz̄ per quatuor anulos. ne cum habent alios instruere tunc querant abbiscere. **¶ Tertiu** est orationis deuote cōtinuatō. **¶ Unde** iaco. j. dicitur. **Dis** quis vestrū indiget sapientia postulet a deo et dabitur sibi. **Sapiens** in se expertus ait. **Inuocauit** et venit in me spiritus sapientie qui spiritus est unctio que docet de omnib. ut dicit in prima canonica Jo. s. necessarijs ad salutem. **Sic** et salomon postulans sibi dari sapientia ad recte iudicanduz̄ populū ubi occurrūt multa dubia obtinuit eam. iij. regū. iij. **Et** iosaphat rex ab dominū inquit. **Cuz̄** ignoremus quib agere debeamus. hoc solum residui habemus ut oculos nostros ad te erigamus. **Et** precipue oratio valet ad tollendū scrupulos p̄out procedūt ex temptatōe dyaboli. quod figuratuz̄ est mathei. xvij i demoniaco lunatico sanato a xp̄o. qui proitēbat illū obsessum quandoq; in ignez̄ quandoq; in aquaz̄. **Sic** scrupulosus de vno contrario vadit ad aliud. q̄ de eo dixit q̄ illud genus dmonioz̄ eicit in oratione. **Sic** beatus petrus martir oratione liberat⁹ fuit a scrupulo infidelitatis. **¶ Quartam** regulam quia proliza est: ponemus i fine. **Est** igitur quinta obediētie humilis imitatio. ut scilicet scrupulosus captiuēt intellectuz̄ suum dictis sapiētuz̄ et obediētie superiorum. quātumcūq; scrupulus sibi dicit aliud. **¶ Unde** p̄ouer. iij. dicitur. **Ne** initaris prudentie tue. **Et** thob. iij. **Consiliū** semp a sapiente inquire. **Et** puer. xvij. **Ne** trāsgrebians quos posuerūt p̄es tui. **¶ Dinc** et cancellari⁹ parisiensis. in. iij. de vita anime iquit. **¶ Anū**

hoc generale damus documentū. credere videlicet faciliter sapientiorū et bonorum iudicio. et contra cōmunes eorum sententias nō leuiter sibi met formare scrupulos anxios et timidos. Et in libro de vita fratrum predicatorū narratur. q̄ cum quidam defunctus appareret alteri eiusdem ordinis sc̄z predicatorū. qui erat multū scrupulosus ip̄o interrogāte d̄ scrupulis suis. Respondit defunctus. Consule discretos et acquiesce eis. Similiter legitur de quodam discipulo beati bernhardi. q̄ cū nō posset deponere scrupulos suos. p̄pter quod ad celebrandū non audebat accedere: dixit ei bernhardus. Elate frater et in fide mea celebres. Obediuit ille simpliciter et omnis ille scrupulus p̄petuo recessit. Sed si quis scrupulosus diceret. Utinā talis esset platus: quālis erat bernhardus: crederem faciliter imperanti et acquiescerem cōsultenti. Nunc autē cū superioris mei parū sapientiā conspicio: non audeo meā conscientiaz sue fidei cōmittere. Respondet cancellarius. Quisq̄s ita dicit et sapit: erras et decipieris tebes ergo sibi obedire. nō ut homini: sed ut deo iubenti cuius vices gerit. Unde luce. x. xpc̄ dixit. Qui vos audit me audit. Si tamē nō p̄tra deū iusserit. Et cum causa scrupulositatis (ut dictū ē supra) aliquando p̄cedit ex qualitate p̄plexionis. p̄cipue melancholice. aliquando ex egritudine superueniente manica vel melancholia. aliquando ex indiscretio vite regimine: puta. p̄ nimias abstinentias: pertinebit ad moralē medicū rectorem vel p̄fessorem in h̄mōdi adhibere remedia de cōsilio medicine. et scrupulosus seipm vincat. Et si duz videatur in sumendo illa remedia p̄cipue consulta vel data seu imposita ab ip̄o medico sp̄uali. Dicitur enī Eccl̄i. xxxv. iij. Altissimus de terra creauit medicinā: et vir prudens nō abhorrebit eas. Non tamen expedit in omnibus viuere medicinaliter: p̄cipue religiosis. Nam ut dicit ambro. de conse. di. v. Contraria sunt diuine conditiōis p̄cepta medicine. lugubrare nō sinūt. vigilare non permittūt: ab omni sp̄e meditatio nis abducūt. Nec etiā scrupulosus debet timere vitā sibi abbreviare. ex obseruatione p̄ceptorū dei et ecclesie: vel obseruatōe sue religionis. dūmodo ex capite suo nō addat alia magis austerā. Nā ut dicit iob. Cōstitui isti terminos ei. s. vite hominis. qui p̄teriti nō poterūt. nec fm̄ plonagationem: nec fm̄ abbreviationē. Sed etsi abbreviaretur fm̄ causas secūdas et naturales: sibi esset ad cumulum premij non peccati illa. s. faciēdo ad placendū deo. et fm̄ cōmunes regulas trahitas ab ecclesia et religionibus approbatas.

Sexta regula est animosa pugnatō seu repulsio scrupulorum seu pusillanimitatis

Ab quob hortatur dominus. Isa. xxxv. dicēs. Confortamini pusillanimes. confortamini et nolite timere. ecce enī deus vester. s. abiuuās et illustrans. Unde greg. in moral. dicit. q̄ diabolus assimilatur mirinico leoni. quod animal dicitur leo formicarū. Nā formicis que minutissime sūt discurretibz insidiatur et occidit. Sed alia animalia grandiuscula itinerando p̄culcant et perimunt. Sic diabolus inuestigat p̄plexiones hominum (ut dicit greg.) et quos videt parui cordis et pusillanimes et scrupulosos: ip̄os aggreditur: et scrupulis et vitijs occidit. Sed a magnis spe et vigore rationis: diabolus ip̄e prosternitur et abicitur. Hinc et cancellarius in quodam tractatu suo inquit. Mille surgūt apud aliquos scrupuli. more canū oblatrātes et lacerare minātes. ip̄os qui volunt ire per viam dei. quos conuincere et cōpescere melius q̄ per contemptum nequimus. Tā tūmodo si contemptus ille sit timoratus et regulatus. non absq̄ breuio alterius: p̄feratim superioris consilio. Et item in tractatu de regulis moralibus ait. Consilium salubre est frequenter agere cōtra scrupulos. leues et trepidos. vitando eos ad aliorum iudiciū. quatenus ex p̄suetudine fiat homo robustus solidus et tranquillus in exercitio spirituali. Sicut etiam si quis vellet ligamentuz distortū ad rectitudinem ducere: oportet q̄ retroqueret ip̄m ex parte opposita curuando: et sic reduci posset ad rectitudinem.

¶ Notandum etiā q̄ dicit cancellarius in quodam tractatu. q̄ aliqui doctores tenent quibus assentit. aliquando non tam meritorij eē credere sicut velle credere. nec tolere sensu aliter de peccatis: sicut velle tolere et nō posse. probatur hoc per. ps. dicētem. Desiderium pauperum exaudiuit dominus: propterea cor eorum audiuit auris tua. Et ita iudicat nos deus fm̄ superioris arbitriuz. voluntatem et iudiciū: et non fm̄ ea que nob̄ inuitis et contranitentibus portio sensualitatis inferior aduehit et perducit. qualia sūt volubilitas ymaginationum et fantasiaruz. Solet autem impedire p̄portionem scrupulorum sententia aliquarum auctoritatum n̄ bene intellectarum. et ideo declarande sūt ut illa que habetur extra. de spon. sc̄z in dubijs tutior via est eligēda. p̄pter quod scrupulosus eligit viam rigidiorē. Sed ab hoc respondetur q̄ eligere viam tutiorem consilij ē nō p̄cepti. Als oportet multos ingredi religionem in qua tutius viuatur q̄ in seculo. Non ergo de necessitate oportet tutiorem eligere. quanto etiā alia via potest eligi tutata. Sicut enim diuerse vie tendunt ad vnā ciuitatez. licet vna tutior alia sit. Sic ad ciuitatem celestem alius sic alius sic vabit et

tute. licet aliquis tutiori modo. **Item** quia dicitur **Eccl. iij. Qui amat periculum peribit in illo.** Hinc est quod beatus thomas et alij dicunt. quod ille qui agit id de quo est dubium. **Utruz** sit mortale vel non: peccat mortaliter. quia periculo se exponit mortalis. **Cum** ergo in aliqua materia mortali sunt varie et contrarie opiniones. ille qui adheret opinioni latioris vie: videtur se exponere periculo mortalis. quia in dubio cum possit illa opinio esse falsa et contraria vera. **Sed** ad hoc respondetur. quod utique ille qui agit scienter id de quo dubitat esse mortale permanente dubitatione mortaliter peccat. **etiam** si illud in se non esset mortale. sumendo proprie et stricte dubitationem. videlicet per rationes sunt eque ponderantes ad utramque partem nec magis declinat quis ad unam quam ad aliam. **Sed** si dubitet leuiter quis. et per modum scrupuli. sicut dubitat seu formidat habens opinionem de aliquo. quia ita inheret ipsi sententiae quam tamen formidat de opposito. **Hic** agendo tale dubium non peccatur. dum adheret opinioni alicuius doctoris. et habet rationes probabiles per ipsam magis quam per oppositam opinionem. etiam si ipsa opinio quam tenet non esset vera et hoc nisi ipsa opinio scripta esset contra manifestum testimonium scripture vel determinationem ecclesie. **Talis** enim non operatur in dubio mortalis: sed secundum opinionem probabilem quod magis declarabitur in septima regula. **Quod** etiam gregorius dicit. **Bona** mentium est ibi culpas agnoscere ubi culpa non est. **dist. v.** **Ad** eius. dicit glossa. agnoscere. id est timere et non per assensum firmum determinare. **Hoc** est stultum esset et periculosum secundum cancellarium.

Septima regula est per scrupulorum depositione preceptorum discreta episcopalis ratio. id est interpretatio vel declaratio. **Equitas** enim quam plus nominat episcopalis: preponderat iuris rigori secundum iuris peritos. **Est** autem equitas iustitia pensatis omnibus circumstantiis particularibus: dulcore misericordie temperata. **Et** sapiens ait. **Noli** esse nimis iustus qui perit in iustitia sua: pertinet autem ad virtutem episcopalis considerare non nudum de se preceptum sed circumstantias omnes particulariter ipsius vestientes. **Et** plus. v. ethicorum dicit. quod episcopalis interpretatiua legum: est melior quam iustitia legalis. **Et** secundum hanc virtutem episcopalis possumus precepta dei et ecclesie platonum seu iudicum cum benigne interpretari. **Et** in foro quidem potentioso eius est interpretari. cuius est condere vel sententiarum. **Sed** in foro conscientie circa precepta et humana et diuina. dico quod pertinet ad quemlibet pro facto suo. **Si** tamen rationabiliter interpretetur. **Et** secundum iob. de amb. **Septuplex** doctrina per virtutes episcopalis scrupulose conscientie proficua dari potest. **Quarum** prima est inter duram et be-

nignam circa precepta sententiam. quod benigna est potius ceteris paribus interpretatio facienda. quod etiam asserit **Willb.** **Huius** ratio est. quia precepta dei et ecclesie non sunt ad tollendam omnem spirituale dulcedinem. qualis certe tollitur quando nimis scrupulose et timide precepta interpretantur.

Secunda doctrina secundum virtutes episcopalis est quod nec deus nec ecclesia per sua precepta intendit obligare ad vix possibile alicui. **Cum** enim secundum regulam iuris nemo possit ad impossibile obligari. extra. de re. iu. l. vj. **Non** solum dicitur impossibile quod absolute non est possibile. **Sed** etiam videtur interpretandum secundum virtutes episcopalis in lege noua esse impossibile. quod vix est possibile. ut puta nimiam habens difficultatem: alio modo saluaretur illud. **Deus** meus leue **Matth. xj.** **Tertia** doctrina est quod nec deus nec ecclesia intendit suis preceptis aliquem obligare ad hoc quod sit fatuus id est talia precepta loco et tempore non obligant. quibus eorum obseruantia fieret ridiculosum saltem apud discretos et bonos viros. patet igitur a simili de votis ex diuino precepto deo redtendis. que tamen si stulta sint secundum doctrinam. nullus obligatur implere. ad quod facit glossa. **Inno. sup. c. nouerit. d. se. exco.**

Quarta doctrina est. quod in dubijs bonorum vita alijs debet esse viuendi regula. et tanto magis quanto meliores sunt. **Unde** hieronimus. **Inter** bonos semper sectare meliores. propter quod et christus discipulos suos vocat sal terre quia videlicet ex moribus ipsorum populi sunt conueniendi. **Et** ratio huius regule est. quia tales secundum virtutem episcopalis presumi debent habere rectum iudicium. quia habent rectum affectum. sicut sanus bene iudicat de saporibus. quia non habet gustum infectum.

Quinta doctrina est. quia in his que solum sunt mala quia prohibita. ut communiter positiva precepta: multum excusat vel in toto vel in tanto consuetudo si sit prescripta immo aliquando tollit legem scriptam positivam. ut **dist. iij. Statuimus et. §. sequenti.** **Sicut** enim episcopalis est interpretatiua legum: sic et consuetudo est optima legum interpretans. extra. de. consuetu. **Cum** dilectus.

Sexta doctrina est quam trahit per. d. paulus in. iij. sen. quod homo ubi non peccat mortaliter: nunquam incurrit sententiam excommunicationis iuris. **Cum** enim per excommunicationem ab homine nullus debeat eici ab ecclesia nisi si pro mortali vero vel prescripto secundum beatus thomas. in. iij. quia maxima pena est. sic etiam cum sententia iudicis non sit iniusta: per hoc formare sibi conscientiam. quod ubi non peccat mortaliter non in-

currit sententiā iuris. **S**eptima est q̄ in quocūq; casu p̄mittens facere hoc quod lex imponit: posset excusari a peccato: puta quia hoc facit sine cōtemptu p̄ virtutem epicheie ratione alicuius periculi p̄siderati qua potest fieri quādoq; cōtra verba legis.

vel seipsum debonestato male uti pebibo nō negare: et sic de oculis et de alijs. Quē admodum ergo ista probas in corpore. et nō intueris eos qui male utūtur. in his laudas illū qui hoc debet donum. et qui hec debet bona. Sic liberam voluntatez sine qua nemo potest recte viuere. oportet esse bonum etiam diuinitus datum: et potius eos esse damnandos qui hoc bono male utūtur. q̄ eum qui deturrit dare nō debuisse fateris. **Secūda** ratio est ex sufficienti diuisione boni. Nam bonorum quedam sunt magna. quedaz minima. quedam media. Bona magna sunt. quibus recte uiuitur. ut virtutes quibus nullus male uiuit. Bona minima sunt. ut spēs vel sensus quorumlibz corporum. sine quibus recte uiui potest. Bona media sūt. sine quibus recte uiui nō potest: ut potentie. Voluntas ergo libera uidetur tibi nullum bonū. sine qua recte nemo uiuit. **Tercio** debuit deus dare liberum arbitrium ad perfectōnem uniuersū. Siquis enī dixerit. Non erat tam difficile laboriosum omnipotenti deo: ut omnia quecumqz fecit. sic haberent ordinē suū: ut nulla creatura usqz ad miseriam perueniret. Non enī est dicere. ut hoc aut impotens nō potuit. aut nō bonus inuidit. Respondeo et dico ordinez creaturarum a summa usqz ad infimam ita gradibz iustis decurrere. ut ille inuiderit. qui dixerit ista nō esse. et ille inuidet. at. qui dixit ista talia nō debere esse. Si enī talis uult esse inferiorē. qualis est natura ut creatura superior: iam illa est et tanta est. ut abijci nō possit quia perfecta est. **Uerbi** gratia. qui diceret lunā debere esse ut sol. dupliciter errat. **Uno** modo quia rerum perfectōnez aliquid cupit. cum desiderat alterum solem. **Alio** modo qz perfectōnem uniuersū uult minuere. cum lunaz uult detrahi. Sic a fili. Si dicis qz deus voluntatez nostram debuit facere impeccabile. et sic esset absqz miseria. Erras primo. quia vis addicere uolūtati diuine quod est impossibile cū illa sit pfectissima. **Secūdo** quia vis diminuire perfectōnem uniuersū. cū etiaz nostra miseria ad pfectōnem uniuersū faciat. Desuisset autēz huic pfectōni si beati semper essem. **Quapropter.** Si ab miseria nisi peccando non peruenit anima. etiaz peccata nostra necessaria sūt pfectiōi uniuersitatis. quā cōdidit deus. Quid enī tam opus habz misericordia q̄ miser: Et quid tam indignū misericordia. q̄ miser superbus: Quod probat Aug. per exemplū tale. Quid tam indignū in domo q̄ homo: Et quid tam indignū abiectū et infimū q̄ cloaca domus: Seruus tñ in tali domo detectus ut mūdandē cloace dignus habeat. ornat domū etiam turpitudine sua. Et utrūqz hoz. s. seruus et mūdatio cloace. faciunt ad pulchritudinem

domus. Dinc fit ut creatura superior peccans cetēis inferioribz puniat. quia tamē ille sūt infime. ut ornari etiaz a turpibz animis possint: atqz ita uniuersitatis decori cōgruere. **Habitatiōi** ergo celesti talis anima nō cōgruit per peccatū terrestri autē cōgruit per supplicium. **Rajnerius.**

De libero arbitrio §. vi.

nota. qz est debilitatū i motu. Confirmatū i bono. **Obstinatum** i malo. Et q̄tū ad primū dico. qz liberū arbitriū est debilitatū i motu. Nam i eo qui incidit i peccatum. liberū arbitrium nō est ablatum. sed dicitur esse debilitatū. hoc modo scilicet: ut quod prius ante peccatū facile poterat. postmodū post peccatum sine difficultate et pugna nō possit. **Sz** cōtra magister sentētiarū in. ij. dis. xxv. dic. qz homo ante recuperationē gratie. nō potest nō peccare etiaz mortaliter. ergo sine gratia non potest homo uitare peccatū. Et sic liberum arbitriū uidetur esse ablatū uel coactū. **Respondeo** et dico. qz liberū arbitriū etiā p peccatum. potest uitare peccatū. Quod ostēditur similitudine et ratione. **Et** similitudo exempli patet ex hoc. Sicut uidere dicitur dupliciter: ut dicit philosophus in secundo de anima. s. habere visum. et uti visu. Ita etiaz peccare dicitur dupliciter. **Ante** cū dicitur ante recuperationē gratie. homo nō potest nō peccare. **Intelligit** nō habere peccatū. **Naz** autē qz homo p dei gratiā reparat. et a peccato liberaret: sperat i peccato. Sed nō potest intelligi. qz nō potest hō nō uti pccō. Quia ex istis i mortali potest p liberū arbitriū peccatū pmittēdū uitare: quia nō ita facilliter sicut aut peccatū. **Ratione** autē itez probat tali. In oībz q̄ sub electōne cadūt. uolūtas libera manet. **Electio** autē est actus liberi arbitrij. qz nō. **Uñ** dicere. qz uolūtas uelit aliquid et cogat ab eo. est implicatio p̄dictōis: qz necessitas coactōis est p̄ria uolūtati. ut i. v. metha. dic phus. **Eoz** uolūtariū est cuius principiū ē ab intra. **Violentū** autē est cuius principiū est ab extra. ut dicit phs in. iij. ethicoz. Ergo etiaz post peccatū remanet uolūtas libera ad non peccandum. vel peccatum sequens uitandū. hec beatus Tho. in. ij. sententiarum. di. xxv. **Rajnerius.** Ad hoc etiaz facit quod dicitur dis. xlv. de iudeis. ubi sic habetur. Sicut homo p̄ria arbitrij uolūtate serpēti obediens perijt. sic uocante se gratia dei. p̄ria mentis conuersione quisqz credendo saluatur. Ergo non ut sed liberi arbitrij uolūtate et facultate: ut conuertantur suadendi sunt. nō potius impellendi. **Hec** ibi. **Secundo** liberum arbitrium considerari potest ut confirmatum in bono. Et ex natura quidem non potest liberum arbitrium esse confirmatum

in bono. Et q̄ nulla creatura rationalis habeat libez arbitriū cōfirmatū in bono ex sui natura. Probat̄ p̄mo. ex ipsi' inuētiōne. Nam libez arbitriū non inuenitur ī aliqua creatura nisi in angelo ⁊ in homīe. Sed taz homo q̄ angelus peccauit. ergo nullius creature libez arbitriū est naturaliter cōfirmatum in bono. Secūdo item probatur exēpli inductione sic. Proprietas nature superioris. nō potest inferiori nature naturaliter conuenire. nisi in superiorem naturam cōuertatur: ut verbi gratia. Sicut non pōt fieri q̄ aqua naturaliter sit calida. nisi conuertatur ī naturam ignis. Sed habere indefectibilem bonitatem est proprietas diuine nature. ergo non potest esse. q̄ alicui alij nature conueniat naturaliter. nisi in diuinam naturam cōuertatur. Quod est impossibile. Tercio probatur item ratione tali. Quelibz creatura cum nō sit vel cuz non habeat per se esse. est ex nihilo procedens: et ideo flexibilis ⁊ ex se ad nihilum tendens. Preterea cuz nulla creatura sit bonuz uniuersale sed particulare. ex se est contrarij. i. mali suscipiens. Solus autem deus est naturaliter impeccabilis. Tum q̄ ipse est bonū essentialē ⁊ actuale. nullius potentie permixtionem recipiens. Tum quia ipse est bonū uniuersale. nulla perfectione carens. Tum quia ipse est. nec esse incipiens. nec ad non esse tendens vel eē desinens. Et ideo solus deus habz liberū arbitriū naturaliter impeccabile et confirmatum in bono. beatus Thomas ī questionibz de veritate Raynerius. ¶ Ex gratia autem potest liberum arbitrium cōfirmari ī bono etiam in statu vie. Et hoc probatur exempli inductione. ratione. et distinctione. ¶ Exēpli inductio. patet in beata virgine Maria que in statu vie ita fuit confirmata in bono ut deinceps peccare nō posset. Et merito cōpetebat. eoq̄ beata virgo erat mater sapientie diuine. ī qua nihil coinquinatum incurrit Sapient. viij. Probat̄ item p̄ exempluz apostolorū. qui per aduentum spiritus sancti fuerunt cōfirmati in bono. Quod etiam deicit: quia erant quasi fundamentum et basis totius ecclesiastici edificij. Unde oportuit eos esse firmos. ¶ Secūdo probatur hoc itē ratione sic. Tūc homo habet liberum arbitriū in bono cōfirmatum. quando bonū perfectū quod deus est: menti humane est unitū. Sed deus menti humane p̄nitur per gratiam nō autē per naturam. ergo liberum arbitriū confirmari potest per gratiam nō per naturam. Cōfirmatur hec ratio p̄ exemplum ī humano corpore. Quia corpus humanū habet ex sui natura q̄ sit corruptibile: sed dono gr̄e efficitur incorruptibile. ¶ Corin. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem.

Ita libez arbitriū homīs. qd̄ ex sua natura habz q̄ sit flexibile ī malū. p̄ gratiam potest ī bono cōfirmari. Exēplum aliud induci p̄ se de aere ⁊ de luce. Sicut em̄ aeri naturaliter repugnat q̄ sit actu lucidus. non tamen q̄ possit illuminari: ita repugnat libero arbitrio ex eo q̄ est ex nihilo. quod sit naturaliter confirmatū ī bono. Nec hoc ei nisi per gratiam concedi potest. Et sicut lux supueniens aeri aufert obscuritates aeri. quā sine luce habet naturaliter: ita ex defectu liberi arbitrij est. q̄ in malū flecti potest. Et hunc defectū aufert gratia perficiendo naturā liberi arbitrij. cōfirmans ipm̄ ī bono. ¶ Tercio pbatur hoc distinctione sic. Dupliciter aliquis est perfectus. s. fm̄ quid ut in via qm̄ quis habet fidem ⁊ caritatem fm̄ modū vite presentis. et simpliciter ut in patria quando perfecte diligit deum. Nec tamen in via aliquis omnino perfectus est. ut in patria. Ita aliquis potest esse confirmatus ī bono ī via qui tamen non est cōfirmatus oīno in bono ut in patria. Verbi gratia. Aliquis habet liberū arbitrium cōfirmatum in bono dupliciter. Uno modo simpliciter. ita q̄ oīno peccare nō potest. Sicut beati qui sūt ī patria. habentes ī se sue firmitatis sufficiens principium. s. donū glorie. ex quo oīno peccare nō possunt. Alio modo dicuntur aliqui confirmari in bono. per hoc q̄ eis datur donuz diuine gratie. quo ita inclinātur in bonum. q̄ non defacili possūt deflecti a bono: nō tamē per hoc donum ita retrahūtur a malo. q̄ oīno peccare non possint. nisi diuina p̄uidencia custodiente. et hoc modo aliqui in statu vie possunt cōfirmari in bono. s. ex dono gr̄e. et nō primo modo. s. ex dono glorie. ut in statu patrie. Et ratio est. q̄ nō p̄t aliquis oīno impeccabilis reddi. nisi auferatur totaliter oīs origo p̄cti. Qd̄ nō p̄tingit ī statu vie nisi ī dño ihu. qui simul erat viator ⁊ cōp̄hēsor. ¶ Et nota q̄ quīs libez arbitriū hominis naturaliter flecti possit ad malū: nō tñ sequit̄. q̄ gratia supueniens si tollat istaz flexibilitatem ad malū. q̄ propterea destruat naturā. Nō em̄ per hoc destruit naturā. sed perficit eam. Itā ex defectu nature liberi arbitrij est. q̄ flecti possit ad malū. S; gratia hūc defectū a natura aufert. pficiēdo naturam ⁊ ī bono cōfirmādo. Itē posse peccare et tamē nō peccare. nō tamē facit ad meritū q̄i ad manifestationē meriti: inq̄tū ostēdit p̄ hoc opus bonuz esse volūtariū. p̄ter quod ī laudem viri iusti dicitur. Qui potuit transgredi ⁊ non est transgressus. Et ideo si ex gratia cōferat̄ alicui. q̄ nō possit peccare. nō p̄ter hoc minuit̄ virt' meriti. b̄ Tho. ī questionibus de veritate Rayneri'. ¶ Tercio liberum arbitrium considerari potest ut

obstinatū in malo. Quod potest intelligi dupliciter. s. vel in vita presenti vel in vita futura. Sed obstinatus in malo potest dici quā dupliciter. Importat enim obstinatio quādam firmitatez animi i peccato. a qua reuerti nō potest. Sed q̄ quis nō possit reuerti a peccato. potest intelligi vno modo scilicet inq̄tū vires sue non sufficiunt ad hoc. q̄ liberetur a peccato totaliter: et sic in mortale cadēs bñ non posse a peccato resurgere. et ad iusticiā rebire. Sed ex ista firmitate i peccato nō p̄prie quis dicit̄ obstinat̄. Alio modo habet quis firmitatez i peccato. ita q̄ nec cooperari potest ab hoc q̄ a peccato r̄surgat. Et siq̄tem istud nō posse cooperari ad resurgendū intelligitur quo ad facilitatem. i. quia nō de facili potest cooperari ab hoc q̄ exeat a peccato. Sic est obstinatio imperfecta i vita presenti. dum. s. aliquis habet animū firmatū i malum. q̄ in eo nō surgūt motus ad bonum nisi debiles. Tamē quia aliqui surgūt ex eis datur via ut preparet̄ quis ad gratiam. Si aut̄ nō posse cooperari ad resurgendū a peccato. intelligitur simpliciter: ita scz q̄ nullo modo potest cooperari. q̄ exeat de peccato. Sic est perfecta obstinatio. qua demones obstinati sūt q̄ damnati. **Hoc autē modo nō potest liberum arbitriū esse in via obstinatum.** Qd̄ p̄bat̄ autoritate. similitudie q̄ ratione. **Autoritate primo p̄batur.** Naz sup̄ illō Ro. ij. fm̄ duritiam tuam et impenitens cor tuum q̄c. **Dicit Aug.** et habet̄ in glo. q̄ ista impenitentia vel cor impenitēs. q̄ diu quisqz i hac carne viuere iudicari non p̄t. **De nullo em̄ desperandum est q̄ diu patientia dei ad penitentiam expectat.** Et subdit. **Paganus est hodie. Iudeus infidelis est hodie. Pereticus est hodie. Scismaticus est hodie.** Quid si cras amplectatur catholicā veritatem et p̄cezes. q̄ sequatur catholicam fidē. et unitatem veritatis! Quid si isti quos i quocūqz genere erroris damnas. tanq̄ desperatissimos: anteq̄ finiant vitā istaz agāt penitentiam. i. futuro iueniāt verā vitā! Nolite ergo anteq̄ veniat temp̄ iudicare. hec ille. **Et Leo papa.** Nemo est desperandus dum i hoc corpore cōstitutus est q̄ nōnunq̄ quod diffidētia etatis differtur. consilio maturiori p̄ficitur. de peni. dif. vij. **Nemo.** **Secūdo p̄batur idēz ratiōe sic.** Q̄ q̄s peccat. aut peccat ex rationis errore. aut ex passione. aut ex habit̄ inclinātōne. **Et siquibz peccat homo ex errore ratiōis.** quia nō i generali sed in particulari errat: tunc ratio nō ita p̄tinaciter inheret falso. quin p̄ p̄trariam rationem a tali p̄cō auerti possit. **Si bō ex passione peccat:** passio resoluit̄ q̄ remittitur. q̄ sic a p̄cō auertit̄. **Si aut̄ peccat ex habitus inclinātōne.** tūc quia totaliter habitus animā nō corrūpit. potest a p̄cō auer-

ti. **Et sic patet quocūqz modo vel motuo q̄s peccet:** potest a peccato liberari q̄ penitere. **Tercio ostenditur idēz similitudine morbi.** Naz morbus potest esse incurabilis tribo ex causis. prima p̄pter naturaz morbi ut lep̄ et huiusmodi. secūda p̄pter imperitiā medici. tertia p̄pter indispositōnem subiecti. Sed morbus spiritualis viatoris hoīs. s. peccati. nō est incurabilis ex prima causa. s. ex natura morbi. quia nō peruenit ad terminū malicie. Neqz ex scda causa. s. imperitiā medici. quia deus scit et potest omne peccatū curare. **Unde ex septima synodo habet̄.** **Omnē penitentiaz recipit deus.** **Et infra.** bonus in oībo deus et aperta viscera eius om̄i penitenti. i. q. vij. **Siquis om̄ez.** Neqz ex tertia causa. s. indispositōne hoīs. q̄a sicut per aliū i peccatū cecidit. ita p̄ aliū resurgere potest. Ergo in statu vie nullus potest esse ita obstinat̄: seu immutabiliter firmatus i malo. quin resurgere possit et liberari. **Unde Criso.** **Etiāsi ab summū quis puenerit malozū. et inde reuerti velit ad virtutis vias.** suscipit deus libenter. amplectitur q̄ om̄ia facit ut ab priorē reuocet statum. de peni. dif. iij. **Talis Rayneri.** **Sed i alia vita. s. i inferno libez arbitriū est omnino firmatū immutabiliter in malo.** **Et hoc p̄batur autoritate. p̄trarietate. q̄ ratione.** **Autoritate quibz Eccl̄s. xj.** **Ubi ceciderit lignū. i. homo per mortē. siue ad austrum siue ad aquilonē. i. siue in statu gratie siue i statu mortalis p̄c̄i. ibi erit. s. immutabilis.** **Et Luc. xvj. dixit Abrahā.** **Chaos magnū firmatū est inter nos q̄ vos q̄c.** quod est immutatio status. **Et Damas.** **Quod est hoīs mors hoc est angelis casus.** **Sed homines p̄ mortem nō sunt capaces penitētie.** ergo nec angeli post casum. **Secūdo probat̄ hoc p̄trarietate sic.** **Felicitati beatorū opponitur miseria damnatorū.** **Sz ad felicitatē beatorū p̄tinet. q̄ habet̄ libez arbitriū ita firmatū in bono. q̄ nullo modo possūt deflecti i maluz.** q̄ etiaz ad miseriam damnatorū p̄tinet. q̄ ita sunt obstinati q̄ firmati i malo. q̄ nullo p̄nt modo deflecti in bonum. **Tercio probatur idēz ratiōe.** **Et prima ratio ab hoc est ex defectu penitētie sic.** **Non patet redit̄ de peccato in bonum nisi per penitētiā.** **Sed i agēte malum ex certa malicia. q̄ decedente i ipō non cabit penitētia.** ergo est immutabiliter confirmatus in malo. **Alia ratio ē ex defectu gratie sic.** **Sicut gratia sup̄infusa cōfirmatur liberum arbitrium i bono. ita diuina gratia excluda firmatur liberum arbitrium in malo.** **Sed in eo qui decedit in mortali est gratie priuatio et cōclusio. igitur talis sic decedens penitere non potest.** **Tercio probatur ex effectu diuine iusticie sic.** **Iusticia diuina exigit. ut sicut gloria beatorū est**

134

perfecta et perpetua. ita damnatorum pena et miseria perpetua sit: quia ut dicitur Mathei. xxv. Ibi hi in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. Ergo liberum arbitrium demonum et damnatorum. est ita firmatum in malum. quod ad bene volendum reuerti non possunt.

Et si arguatur sic in contrarium. Fortior est caritas quam cupiditas ad peccatum pertrahens. Iuxta illud quod dicitur glo. super illud. **B**onum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. Sed demones vel homines a caritate in peccatum ceciderunt. Ergo multo fortius a peccato redire possunt ad caritatem et a malo ad bonum. **R**espondeo quod caritas est fortior quam cupiditas vel peccatum si fiat comparatio secundum eundem modum habendi. ut scilicet utrunque accipiat. vel in via vel in termino vie. Sed si unum accipiat in via. aliud in termino vie. non sic est: quod sic patet. Quia caritas viatoris est fortior quam cupiditas viatoris. Sed existens in termino malicie. firmiter se habet et firmiter inheret. Potest etiam dici. quod demones nunquam habuerunt caritatem secundum quosdam. ad quod facit de peni. dist. ij. principiū. **N**el si habuerit nunquam eas nisi sicut in statu vie habuerunt. Homines autem damnati similiter cadere non potuerunt. nisi a caritate seu gratia viatoris. **h**ec. **b** Tho. i. questio. de veri. Rayneri?

Notandum insuper .S. vii.

quod libertas arbitrii excludit coactionem. **I**ncludit electionem. Admittit variationem.

Questum ad primū. scilicet quod liberum arbitrium excludit coactionem declarandum. notanda est distinctio quas facit magister sent. ij. libro dist. xxv. de libertate. Dicit enim quod est triplex libertas arbitrii. scilicet a necessitate. a peccato. et a miseria. Ratio huius distinctionis secundum **b** Tho. est ista. quia coactio quas excludit libertas est duplex. **Q**ueda est perfecta et sufficiens. que dicitur compulsio. et sic prima libertas est a necessitate vel coactione. que libertas a coactione per se et semper sequitur liberum arbitrium. **U**bi dicit magister sen. ibidem quod liberum arbitrium et ante peccatum et post eque liberum est a coactione: quia sicut ante peccatum cogi non poterat. ita nec modo. **I**deoque voluntas merito apud deum iudicatur que semper a necessitate libera est et cogi non potest. **U**bi necessitas ibi libertas non est. **U**bi libertas non est. nec voluntas est: et ideo nec meritum. **h**ec magister ibidem. **Q**ueda vero coactio est imperfecta et insufficientis. que potius impulsio quam coactio dicitur. et hec est duplex. **U**na est impulsio que per se liberum arbitrium impellit vel impedit. sicut habitus et dispositiones que sunt in anima. **E**t sic est libertas a peccato. de qua. ij. Corinth. ij. dicit apostolus. **U**bi spiritus domini ibi libertas. **E**t veritas in euangelio Job. viij.

Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. **Q**ue libertas a peccato. et si peccatum non tollitur. tamen debilitatur. **S**ecunda coactio imperfecta que impulsio dicitur. impellit vel impedit liberum arbitrium per accidens. sicut impotentie et penalitates: que sunt ex parte corporis usum liberi arbitrii impediens: et sic est libertas a miseria. **D**e qua apostolus Ro. viij. **I**psa creatura liberabat a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. **U**bi notandum quod nulla miseria vel penalitas corporis. libertatem illam que est a necessitate coactionis excludit: eo quod nunquam ad tantam miseriam vel penalitatem corporis deuenitur. quod liberum arbitrium cogi possit. **b** Tho. in scrip. sup. ij. sen. dist. xxv. Raynerius. **C**ontra predicta occurrit triplex obiectio. **P**rima est talis. **G**reg. dicit. quod peccatum quod per penitentiam non diluitur. mox suo pondere ad aliud trahitur. **C**um ergo tractio sit quidam motus violentus secundum philosophum. ergo videtur quis cogi ad peccatum. **R**espondeo secundum beatum **Th**o. in questionibus de veritate. quod peccatum commissum non trahit cogendo voluntatem: sed inclinatum. in quantum priuat gratia per quam fortificabatur contra peccatum. et in quantum etiam ex actu peccati relinquatur dispositio et habitus in anima.

Secundo arguitur sic. **Q**uicumque vincitur ab aliquo cogitur. **S**ed secundum philosophum incontinens vincitur a passionibus. ergo passiones cogunt voluntatem. **R**espondeo quod incontinens dicitur vinci a passione. non quod passiones cogant. et immutent necessario voluntatem. alioquin incontinens non esset puniendus. **S**ed dicitur talis vinci a passionibus. in quantum earum impulsu voluntarie cedit. **T**ercio arguitur. per hoc quod dixit pater familias Luc. xij. compelle intrare. **I**ntratur autem ad cenam patrie per voluntatem. ergo per angelum qui est minister dei. voluntas potest cogi ad aliquid. **R**espondeo quod illa compulsio non est coactio: sed efficax persuasio per aspera vel leuia. **U**bi **G**regorius. **Q**ui huiusmodi aduersitatibus fracti ab dei amore redeunt. compelluntur intrare Raynerius. **A**d hoc etiam pulchre facit quod habetur. xxij. q. iij. displicet. **E**t. q. vi. s. ult. **S**ecundo libertas arbitrii includit electionem. tam immediatum et proprium actum eius. **E**t secundum hoc **B**ernardus. distinguit libertatem in libro de libero arbitrio sic dicens. **E**st triplex libertas. scilicet arbitrii. consilij. et complaciti. **R**atio huius est: quod cum liberum arbitrium includat electionem. et nihil sub electione cadat nisi secundum quod habet aliquam rationem boni. secundum diuersos gradus bonitatis in humanis actibus. **B**ernardus. diuersos gradus libertatis seu diuersas libertates distinguit. **U**t verbi gratia. **P**rimo in humanis actibus est aliquid bonum: quia licitum. quod. scilicet nulla lege prohibetur. et respectu istius boni liciti. dicitur libertas.

tem arbitrij. quia in iudicio nostro consistit. ut hoc sequamur vel non. **Ubi nota.** q̄ libez arbitriū habet officiū iudicis et arbitri. **Primo** habet officiū iudicis. et hoc quo ad rationem. quia sicut iudex i iudicando debz sequi leges. et artat ad sequendum eas. **Sic** liberum arbitriū habet officium iudicis. quo ad rationem: quia inq̄tum deliberat debet sequi leges. **Secūdo** inq̄tuz liberū arbitrium libere vult. tenet formā arbitris. **Hoc** em̄ ad voluntatem p̄tinet. libere hoc vel illud velle vel eligere. **Et ideo** magis dicitur libez arbitriū q̄ iudiciū. ¶ **Secūdo** est aliquid i humanis actibz. quod nō tm̄ est licitū. sed etiaz utile. **Quia** omnia mihi licēt: sed nō omnia expediunt. ut dicit apls. i Corinth. vj. **Et** fm̄ hoc assignat et distinguit **Derū.** libertatem consilij. Nam consiliū est de meliori bono. quod est expediens ad salutem. ¶ **Tercio** i humanis actibus est aliquid bonū eligendū quod delectat. **Et** respectu hui⁹ assignat **Derū.** libertatem complaciti. **Uñ** dicit ibidez **Derū.** q̄ libertas arbitrij habet discernere quid liceat. **Libertas** arbitrij habz pbare quid expedit. **Libtas** arbitrij habet expiri quid libeat. **hec. b. Thomas** sup. ij. senten. dif. xxv. ¶ **Tercio** dico q̄ liberū arbitrium admittit id est habeat variatōem. **Et** cum sit triplex libertas ut dictum est. liberū arbitriū q̄tum ab libertatez que a necessitate seu coactōne compulsiva. p̄ se non augetur vel minuitur. sed equaliter habetur: quia hoc est naturale et essenziale libero arbitrio. ut sufficēter nō cogatur coactōne compellēte. **Et** hoc. s. non posse sufficienter cogi et compelli. sequitur liberum arbitriū in quolibz statu. s. ante peccatū et p̄ peccatū. **Nō** q̄ p̄ se auget vel minuitur libertas arbitrij. sed per accidēs tm̄. i. ratione nature i qua inuenitur. et quā liberū arbitrium cōsequitur. **Et** hoc sic pbatur. **Q̄s** pprietas que consequit aliquam naturaz. q̄ illa natura in aliquo inuenitur nobilius. tanto etiaz illa pprietas p̄fectius participatur ab illo. fm̄ quem modum homo dicitur min⁹ intelligēs q̄ angelus. **Uñ** quia libertas arbitrij consequit naturam. et potentiā intellectus et voluntatis. et hec p̄fectissime sūt in deo. et i angelo nobilius q̄ i homine. **Ideo** libertas a necessaria coactōne p̄fectius reperitur et nobilius in deo. q̄ in angelo. et i angelo q̄ in homine. et in uno angelo magis q̄ in uno alio. **Uñ** patet. q̄ libertas arbitrij nō variatur ex pte sue nature vel essentie. s. p̄ accidēs. s. ex parte sue cause. que est intellectus et voluntas. **Naz** fm̄ q̄ natura inuenitur intellectiva nobilius i uno q̄ i alio vel min⁹ nobilius. sic libertas ista intendit vel remittit. ¶ **Libertas** secunda que. s. ē a peccato contraria coactōni imperfecte et insuffi-

cienti. que impulsio vel dispositio nuncupatur. ut sunt habitus et dispositōnes interioris res peccatorz. augetur talis libertas vel minuit in homine fm̄ diuersos act⁹. **Quod** sic declarat. **Libertas** ista a peccato est cōmūis triplici statui hominis. s. i innocētia. **In** reparata gratia. **In** gloria. **Et** tamen augetur et minuit an peccatū et post peccatum. **Uñ** magister sent. lib. ij. dif. xxv. **Semp** voluntas hominis libera est: sed nō semp bona est. **Nō** em̄ est bona. nisi a peccato liberata sit. **Et** sōdit. **Libez** ergo arbitrium cū semp et in singulis sit bonū. nō tamē est pariter liberū in bonis et in malis. et ad bona et ad mala. **Libertus** est em̄ i bonis ubi liberatū ē. s. a peccato per gratiam. q̄ in malis ubi liberatum nō est. et liberi⁹ ad malum quod p̄ se agit. q̄ ad bonū quod nisi gratia adiuuet et liberet nō pōt. **hec** magister. **In** statu innocētie poterat hō peccare et non peccare. **In** statu nature repate. potest peccare. et nō potest non peccare saltim venialiter. **In** statu glorie poterit nō peccare. et nō poterit peccare. **Sed** in statu nature destitute ḡtia. non potest nō peccare etiaz mortaliter. i. non esse i mortali quod commisit: quia ex se nō potest exire. vel non potest difficulter nō incurrere alia mortalia. **Semp** tamen voluntas a coactione est libera. ¶ **Libertas** a miseria que est contraria coactōni imperfecte et insufficienti. que dicitur impellens vel inducens. sicut sūt penalitates exteriores. ut fames. sitis. infirmitas corporalis. mutabilitas mentis. temptatio hostis. et huiusmodi. non est eque in omnibus hec libertas. sed magis et min⁹ reperitur in diuersis. **Naz** perfectissime i deo. post deum maxime in angelo bono. minor i homine bono. minima i homine malo: nulla in demone vel damnato homine. ut dicit magister sententiaz distinct. xxv. **Omnis** tamen miseria mentis et corporis q̄tumcunqz magna. necessitatem coactionis semp excludit: quia nunq̄ in statu vite presentis ad tantam miseriam deuenitur mentis vel corporis. ut liberum arbitrium cogi possit. alis non diceretur liberum nec efficeretur meritorium vel demeritorium. **beat⁹ Thomas** super secūdo sententiaz **Rajnerius.** **Uñ** **Ambrōsius.** **Quozum** nos domini sumus scilicet actū nostrorum et peccatorū. eorum p̄ncipia extrinsecus non requiram⁹. nec deriuemus in alios. sed agnoscam⁹ que proprie nostra sunt. quod possumus non facere si volumus. **Huiusmodi** electōnem malī. nobis potius debemus ascribere q̄ alijs. **Ideo** et in iudicijs istiusmodi voluntarios non necessitate compulsos. culpa constringit. pena cōdemnat. xv. q̄stioe. j. **Uñ.** **Et.** **S. j.** eiusdē questionis dicitur. **Et** voluntate peccata proce-

bunt. que libero mētis arbitrio et delinquē-
di pposito cōmittuntur.

Notandum etiam q̄. S. viij.
quadruplex est libertas. s. puerfa. mūdāna.
vera. et plena. Libertas puerfa est quāto
quis abutitur libertate ad peccādū. Et hec
libertas a iusticia est. quā nullus seruare co-
gitur. de qua. j. Petri. ij. dicit. Quasi liberi et
non quasi velamen habentes. i. Quo maiori
libertate utimini apud hoīes. eo liberius di-
uino famulatu subjugati sitis. Et sōdit. Nō
quasi velamen habentes. glo. quia ex hoc q̄
liberi sunt multi. se velant et defendūt pecca-
ta. Alia glo. Et non habentes velamen ma-
licie. ut tāto licētī peccetis. quāto iugo ser-
uitutis dei mūimini. Et addit apostolus. Sicut
serui dei. glo. Seruitus dei humilitatez
et puritate a culpa requirit. **Secūda lib-**
tas que dicitur mundana seu humana est. q̄
quis alterius est dominio non subiectus. De
qua Job. iij. Seruus et liber a dño suo. s. in
alia vita. Et. j. Corin. vij. Seruus vocat̄ es.
non sit tibi cure: sed si potes magis vtere li-
bertate. Seruitus huic libertati p̄traria in-
ducta est de iure gentium. ut patet dis. j. ius
gentiū. Originata in iure diuino ex irrisione
Noe facta a filio eius Cham Gen. ix. Male-
dictus Chanaā. Seruus seruoꝝ erit fratri-
bus suis. Et Ambro. Non esset hodie seruitus
si ebrietas non fuisset. dis. xxxv. Sexto die.
Iure humano confirmata canonico et ciui-
li. Hec libertas multū appetit: quia non be-
ne pro toto libertas vendit̄ auro. Sed p̄pter
peccata multipliciter p̄ditur. ut patz de po-
pulo israhel. qui ex libertate frequēter p̄pter
scelera est seruituti addictus. **Judi. per totum.**
Tercia libertas est vera et spiritualis. que
est libertas gratie. s. carere criminibus. Et est
ista contraria male seruituti. s. peccati. De q̄
xpc̄ Job. viij. Omnis qui facit peccatū seruus
est peccati. Ubi tria nota. **P̄rio** dictio gene-
ralis. ibi. Omnis. s. diues et pauper. iudeus et
grecus. imperator vel vasallus. Non est enim
distinctio iudei et greci. omēs enī peccauerūt.
Qui omnia dicit: nihil excludit. dis. xix. Si
romanoꝝ. **Secundo** tangitur transgressio
criminalis. ibi. qui facit peccatū. et non solū
qui facit: sed et qui concupiscit. Peccatū enī
est (fm Aug) voluntas retinendi vel conse-
quendi quod iusticia vetat. Quod semper li-
berū est abstinere. xv. q. j. §. j. **Tercio** nota
conditio vilis et penalis. quia seruus est pec-
cati. **Jeremie. ij.** Quilis facta es nimis ite-
rans vias tuas. **Clūssima** autem huius ser-
uitus. quia cuz peccatum nihil sit in rerum
natura. huius seruitio peccator addicitur.
ij. Petri. ij. A quo quis victus est ei seruus ab-
dictus est. Sed peccator vincitur a vitijs. er-

go et. **Et dicit Anselmus. q̄ peccatum non**
habet unde dominetur homini. quia pecca-
tum est quidem defectus seu priuatio modi.
speciei. et ordinis. Sed tamen homo habz vñ
sit seruus peccati. s. volūtatis consensū. **Ans-**
de Aug. sup Job. sup dicta autoritate. Ois
qui facit et. O miserabilis seruitus. Seruus
hominis aliquādo sui domini duris imperijs
fatigatus. fugiendo requiescit. Seruus autē
peccati quo fugit secum trahit quocunq̄ fu-
gerit. Peccatum enī quod facit intus est. vo-
luptas transit. peccatū non transit. p̄terit
quod delectat. remanet quod pugnat. Solus
de peccato libēare potest. qui venit sine pec-
cato. **Propterea dicit Job. viij.** Si liberauerit
vos filius. vere liberi eritis. **Licet** autē ista
libertas a crimine sit vera. est tamen in pre-
senti imperfecta. Quia ut ait apostolus ad Ga-
lat̄. v. Caro concupiscit aduersus spirituz
et spiritus aduersus carnem. ut nō quecunq̄
vultis illa faciatis. Ubi tria ostēdit. s. pu-
gnam. causam. et sequelā. **P̄mo** ostēdit pu-
gnam dicens. **Caro concupiscit aduersus spu-**
ritum. i. fm glo. Aug. Anima carnali concu-
piscentia spiritui reluctat. que carnalis cō-
cupiscentia non est in carne sola. nec in anima
sola. sed in vtroq̄: quia sine carne et aia nulla
delectatio sentit̄. s. corporalis. Sicut videre
non est solum oculi nec anime: sed coniuncti.
Et est ista pugna fm Ambro. i. glo. magna.
continua. periculosa. **Magna** quia p̄tra spi-
ritū ubi maior deberet eē cōcordia. Cōtinua
quia semp est noua contra spiritū. Et peri-
culosa quia habz multos impulsores. ut di-
abolus et mūdum. ps. Aie illoꝝ tenebre
et lubricum: et angelus domini p̄sequēs eos.
Secūdo ostēdit apostolus pugne causaz di-
cens. Hec sibi inuicem aduersatur. Quia ca-
ro vult seruire vitijs sp̄s virtutibz. **Caro in-**
firma sp̄s promptus. Ratio seu spiritus di-
sponit macerare corpus et subijcere seruitu-
ti. et caro ut seruus inutilis et piger cōque-
ritur. **Figura in Sara uxore Thobie** q̄ cum
reprehenderet ancillam. conquesta est: infe-
rens ei contumeliam. dicens eā interfectri-
cem viroꝝ suoz septem. id est mortifi-
catricem quinq̄ sensuum ac etiaz fantasie et
intellectus Thobie. ij. **Ostendit apostolus pu-**
gne sequelam: subdens. Et non quecūq̄ vul-
tis illa faciatis. glo. id est illa facere permit-
tamini. Juxta illud apostoli. Nolle adiacet
mibi perficere non inuenio Roma. vij. Glo.
Ambros. i. Nolle est in nobis ex libero arbi-
trio. Et dicit adiacet. id est iuxta carnem ia-
cet. quia naturale est quodammodo velle bo-
num per rationem naturalem. sed perficere
non. quia facere bonum meritoriu solum est
ex gratia dei. Vel sic fm alios seu altā expo-
sitionem. Nolle adiacet mibi. i. liberū arbitriū

post peccatum tãq̃ infirmũ iacet iuxta car-
nem. impotẽs per se resurgere ad bonũ ope-
randum. **Quarta** & vltima libertas est. li-
bertas plena atq; perfecta. s. libertas glorie
que erit in patria. De qua apostolus ad Ro.
viii. **Ipsa** creatura liberabit a seruitute cor-
ruptionis in libertatem glorie filioꝝ dei. Et
hoc erit. quia nihil erit ibi inclinans ad ma-
lum. Nihil opprimẽs. quia ibi erit libertas a
culpa et pena. **Ad Galath. iiii.** Illa que sur-
sum est hierusalẽ que est mater nra libera ẽ.
Libertas itaq; plena et perfecta erit. quãdo
nulle erũt inimicitie. quando nouissima ini-
mica mors destruetur. **Dec. b Tho. i.** postilla
sup **Joh. sup illud Joh. viii.** Si g̃ liberauẽt
vos filius sc̃. **De hac libertate a miseria**
et culpa **Albinus** in sermone. Quid hac vi-
ta beatus: ubi nõ est paupertatis metus. non
egritudinis imbecillitas. Nemo ibi leditur.
nemo irascit̃. **Inuidet nemo.** Cupiditas nul-
la exardescit. **Nullum** cibi desiderũ. **Nulla** la-
boris aut potestatis pulsat ambitio. **Nullus**
ibi diaboli metus. **Inuidie** nulle. **Terroz** ge-
benne pcul. **Mors** neq; corporis neq; anime
s; immortalitatis munere vita iocũda. **Nul-**
la erit tũc discordia. sed cũcta cõsona. iocũ-
da sũt om̃ia. iugis splẽdor.

Notandum etiam q̃ §. ix.
liberũ arbitriũ etsi cogi nõ possit vt dictum
est: potest tamẽ inclinari. immutari. deter-
minari ad aliquid volendum vel agendum.
Primo quidez potest libez arbitriũ incli-
nari vel induci ad aliquid volẽdũ vel agen-
dum. per aliquas dispositõnes vel habitus.
ex quibus pronior efficitur ad eligẽdũ alte-
ram partez. **Tho. in scrip. super. ij. sentẽ.** Ad
quod facit qd dicit **Aug. sup ps.** Cũ p timo-
rem gehẽne p̃tinet se hõ a peccato. fit paula-
tim cõsuetudo iusticie. et incipit quod durũ
erat amari. & incipit excludi timor a carita-
te. et succedit timor ille sanct̃ qui permanet
quo timem̃? ne tardet: ne discedat ne eo care-
amus. **xiiij. q. vj. c. si. §.** Cum per timorem.
Secũdo volũtas potest immutari. Et hoc
vel a seipsa vel ab obiecto vel a deo. **Immu-**
tatur primo volũtas a seipsa. cũ modo vult.
vnũ. modo aliud. **Unde Aug̃.** Nihil tam est
in nostra potestate sicut voluntas ipsa. **Vol-**
untas nostra nec volũtas esset. nisi i nostra
potestate esset. Porro quia i nostra potesta-
te est: libera ẽ. **Immutatur scdo** volũtas ab
obiecto fm diuersitatẽ obiectoꝝ. que sibi re-
presentantur per cognitiuam. **Et talis mu-**
tatio fit in ea occasionaliter ab aliqua crea-
tura representãte obiectũ. **Tercio** immutat̃
volũtas a deo. **Nã** de? immutat volũtatẽ du-
pliciter. **Vno** modo mouendo solũ volũtatẽ.

nõ imprimẽdo. inq̃tum. s. volũtatem mouet
ad aliq̃d volẽdũ. absq; hoc q̃ imprimat ali-
quam formã voluntati. sicut sine appositio-
ne habitus. **Quãq;** deus facit vt volũtas mo-
to velit aliq̃d quod pri? non volebat. **Iuxta**
illd. **Eoz** regis i manu dei ab qdcunq; volue-
rit vertet illud. **Alio** modo immutat volun-
tatez imprimẽdo aliquã formã in ipsam vo-
luntatez. **Sicut** em̃ ex ipsa natura quã deus
debit volũtati. inclinatur volũtas naturali-
ter ad aliq̃d volẽdũ. ita ex aliquo supaddito
scz aliqua forma quã imprimit. **Et** aliquan-
do quide imprimit formam imperfecte: vt cũ
dat gratiaz de nouo viatorũ. et sic inclinãt
volũtas ad aliquid volẽdũ. nõ tamẽ neces-
sitate semp. **Aliquãdo** imprimit pfecte. s. cõ-
ferendo gloriã. sicut in beatis. in quib; volũ-
tas inclinãt semp et sufficienter p caritatez
pfectam in bonũ. nõsolum q̃tum ad vitimũ
finem: sed etiã q̃tum ad ea que sũt ad finez.
Dec. b Tho. i. questionib; de veritate. **Cũ** aũ
deus immutat voluntatez. nõ cogit eam: s; **facit**
vt pcedenti inclinãtõni succedat alia i-
clinãtio. **Et** ita q̃ prima auferat. et secunda
inducatur et maneat. **Cũ** illud ad quod in-
ducit volũtatem. nõ est cõtrariũ inclinãtõni
iam existenti. sed inclinãtõni que pri? inerat
Unde nõ est violẽtia nec coactõ. **Terbi** gra-
tia. **Lapidi** ratõne sue grauitatis inest incli-
nãtio ad locũ deorsum. **Dac** aũt inclinãtõne
manente si proijciatur sursum erit motus vi-
olentus. **Si** autez deus auferat lapidi incli-
nãtõnez grauitatis. & det inclinãtõnem leui-
tatis. tunc ferri sursum nõ erit ei violentũ. &
ita immutatõ motus potest esse sine violen-
tia. **Et** p hunc modum intelligẽdũ est q̃ de?
immutet voluntatem. sine hoc q̃ cogat eaz.
Cui? ratio est: qã potest deus immutare vo-
luntatez. ex hoc q̃ ipse in voluntate operat̃.
sicut in natura. etiam hec beatus **Thomas** i
questionib; de veritate. **q. xiiij.** **Tercio** vo-
luntas potest determinari ab obiecto ad vo-
lẽdũ aliquid determinate. **Cuius** ratio est:
quia est dare aliquod obiectum in quo nul-
la ratio malitie inuenitur. **Et** voluntas ne-
cessario determinatur ad id volendum. **Vel**
si est aliquod in quo nulla sit ratio vel appa-
rentia boni. tunc voluntas necessario deter-
minatur ad illud respuendum. **Sicut** patet
in hoc. q̃ nullus potest nõ velle esse felix. **Et**
nullus potest velle esse miser. **Et** in hoc etiã
non cogitur. sicut nec cum immutatur a deo
vt dictum est. **Utrum** autem volendo h?
modi quod de necessitate vult scilicet esse be-
atum mereatur. **Dicenduz** q̃ aliquo mō sic.
et aliquo modo non. **Cum** enim inditus sit
appetitus vltimi finis sui in cõmuni. vt scilz
naturaliter appetat se esse completũ i boni-
tate. s. se esse beatũ. **Unde** **Boeci?** de philoso-

phica consolatione ait. Inseta est mētibus hominū naturaliter. veri summiq; boni cupiditas. Sicut et grauis naturaliter est edisus appetitus seu inclinatio adferri deorsū. et animalibus cōseruatio vite. Ideo appetendo beatitudinem ita in cōmū. homo nō meretur. quia hoc est ei naturale: et naturalibus homo non meretur. Sed quia i quo ista cōpletio felicitatis seu beatitudo cōsistat: utrū in virtutibus. vel scientiis. vel delectabilibus. vel visione dei et huiusmodi. alis nō est ei determinatū a natura. Ideo quando ex propria ratione adiutus diuina gratia. apprehendit aliquod speciale bonum. ut suaz beatitudinē in quo vere sua beatitudo cōsistat: tūc meretur. nō ex hoc precipue q; appetit naturaliter beatitudinē. sed ex eo q; appetit hoc speciale. quod nō naturaliter appetit. scilicet visionem dei. in qua fm rei veritatem sua beatitudo consistit. Et fm hoc sancti merentur appetendo deū vel vitam eternaz. hec. b. Tho. in questionibus de veritate Rayneri?

Liberum arbitrium §. r.

se extendit ad omēs actus humanos. scilicet qui procedunt a volūtate deliberata ratione. Hi enim proprie dicuntur actus humani. Hoc probatur auctoritate Damascē. libro. ij. dicētis. Homo libeo arbitrio appetit. libeo arbitrio vult. libero arbitrio inquit vel scrutatur. libero arbitrio iudicat. libeo arbitrio disponit. libero arbitrio eligit. libero arbitrio impetum facit. et libero arbitrio agit vel opat in his que fm naturam sunt. Declaratur autē hoc p̄ distinctionem talem. Actus aliq; attribuuntur alicui potentie dupliciter. Vel q; elicit ipm. vel quia imperat ipm. Ille actus proprie a potentia est elicitus. qui immediate ab ipsa potentia pcedit. Sicut a visu videre. et ab intellectu intelligere. Et nō visus immediate elicit videre tanq; proprium actū ei? et intellectus intelligere. Et hoc mō nō omēs actus humani sunt actus liberi arbitrij. S; proprius et principalis actus liberi arbitrij ē eligere. Alio modo actus attribuuntur potentie: quia imperat potentia ipsū. Et hoc modo actus omnium virium obedientium rationi. possunt volūtati attribui. qui est motor omnium virium per imperium. Et ita etiaz actus diuersarum virium libero arbitrio attribuuntur. Unde per imperium volūtatis. et liberi arbitrij: mouetur etiam potentie in actus suos. Propter quod virtus appetitiua dicitur mouēs quia imperat motum. Et virtus motiua que est affixa nervis et musculis. quia exequitur motum. Et per hunc modum omēs actus humani sunt a libero arbitrio. q̄a imperati ab eo. Unde illi actus humani qui sūt virium rationalium per essentiam: illi sunt elicitī a libero arbitrio. Illi vero qui sūt vi-

rium rationalium per participationes. sicut sunt actus irascibilis et concupiscibilis. sunt imperati a libero arbitrio. Virtutes autem nutritiue partis. nullo modo participāt ratione. ut dicit philosophus primo ethicorū. Unde earū actus non proprie dicuntur humani: et ideo non subduntur libero arbitrio.

Ad horum ampliozem euidentiā notanda sūt tria. Primum est. q; cum liberum arbitrium sit facultas ratiois et volūtatis: tres actus attribuuntur libero arbitrio ex parte ratiois. et tres ex parte volūtatis. Et ex parte ratiois attribuuntur libero arbitrio: cōsiliū. iudiciū. et arbitriū. Qui quidē actus ratiois procedūt ab imperfecto ad perfectū. Nam primo est motus inquisitionis de faciēdo et non faciēdo. et istud est cōsiliū. Secundo est iudiciū de faciēdo. Tercio ē propositum faciēdi. quod dicitur dispositio. vel potest dici arbitriū. Ex parte autē volūtatis sunt tres actus. s. electio. progressus. et usus. Primo igitur est electio. et ille est actus simpliciter interior et p̄m. Et hoc est duorum placētibus alterum alteri preoptare. Secundo est progressus ad motum exteriorē et talis dicitur impetus. Tercio est motus exterior et talis dicitur usus. Secundo nota. q; liberū arbitriū principaliter est respectu actuum interiorū. secundario autē exteriorū. prout ab actibus interioribus procedunt. quia hoc modo impediri non possūt. Sed inq̄tū actus exteriores sunt a virtute motiua corporali sic possūt. Et hoc modo nō ē libertas respectu illorum actuum. Tercio notandum. q; quia electio est prius actus liberi arbitrij. Et electio non est finis. sed eorum que sunt ad finem. Ideo finis ultimus non cadit sub libero arbitrio. Tū quia id qd est finis respectu quādam: p̄ esse ordinatū etiā ad finē vltimozem. s. vltimū finē. Nulla autē opatio humana est vltimū finis. nisi p̄ accidens. inq̄tū cōtūgit vltimo finī. Et ideo omniū opationū humanaz p̄ esse electio. nō inq̄tū sūt fines sed inq̄tū ordināt in fines. Verbi grā. Quis vincere sit finis potentie militaris. ordinatur tū ad vltimozem finē. et ideo sub electōe cadere p̄. et sic sub libero arbitrio. Et si arguatur inq̄tū. q; opatio mala est p̄ter volūtate fm Dionisiū et Aug. Peccare nemo appetit p̄ter hoc ipm. s; p̄ter aliud qd ex eo p̄sequit. xv. q. j. Merito. Cū autē talis sit opatio humana. q; nō omis opatio humana cadit sub libero arbitrio seu volūtate. Rūte. q; operatio mala potit debet dici defectus q; actus. et potit hoc p̄tinet ad impotentia q; potentia. Vel aliter. Malū i eo q; malū est p̄ter volūtatem est. Sed opatio mala inq̄tū apparet bona. p̄ter illud qd inde p̄sequit quis scilz delectationem vel utilitatem. sic cadere

potest sub volūtate et libero arbitrio. Verbi gratia. Apprehendit quis fornicatōnē nō ut malū. s; ut bonū delectabile tempore passionis. et sic vult eam Tho. super. ij. sententiarum Raynerius.

De volūtario et inuoluntario.

Capitulum tertium.

De actu voluntatis videnda sūt tria. Primo de volūtario et inuoluntario in cōmuni. Secūdo de actib; voluntarijs. q̄i ab ip̄a voluntate elicitis. ut immediate ip̄i voluntatis existētib;. Tercio de actib; voluntarijs. quasi a volūtate imperatis. que sunt ip̄i voluntatis mediātib; alijs potētib; consequentibus.

Q̄tum ad primum. s. §. i.

de volūtario et inuoluntario. Sciendum q̄ actū hūanorū. Aliqui sūt oīno voluntarij. Alij inuolūtarij. Tercij mixti ex voluntario et inuolūtario. Volūtarij oīno dicūt actū illi hūani. qui sponte sūt absq; violentia et ignorantia et metu. Pro horū maiori declaratione sciendū sūt fm. b. Tho. prima sede. q. vj. q̄ que agunt seu se mouēt in finem cū aliq̄i cognitione finis: horū motus et actus dicūtur voluntarij. Et volūtarium dicitur esse (fm. diffinitionē Aresto. Damasc. et Greg. niceni) nō solum cuius principium est intra. sed cū additōne sciētie. Et cū homo maxime cognoscat finem sui operis. et moueat seipm̄ in ei' actibus. maxime volūtariū inuenit. Sciendum est em̄. q̄ quorundā actū seu motū principū est i agente. seu i eo quod mouet. Quorundā vō actū vel motū principū ē extra. Cum em̄ lapis mouet sursum: puta. cūz proiectur. hui' motionis principū est extra lapidē. Sed cū mouet deorsum ut cū cadit. principū hui' motōnis est i ip̄o lapidē. Eorū autem que a principio intrinseco mouētur. quedā mouēt seip̄a. quedā nō. Cum em̄ om̄e agens seu motum agat seu moueat p̄pter finem. illa p̄fecte mouētur a principio intrinseco. i quibus est aliquod intrinsecū principū. nō solū ut moueāt. sed ut moueant i finē. Ad hoc autē q̄ fiat aliquod p̄pter finē. requiritur cognitio finis aliqualis. Quicūq; sic igitur agit vel mouet a principio intrinseco. qd̄ habet aliquā noticiā finis: habet i seipso principū sui actus. nō solū ut agat. s; ut agat p̄pter finē. Qd̄ autē nullā noticiā finis habz. etsi i eo sit principū actōis vel motus. non tñ eius quod est agere v̄l moueri. p̄pter finē. est principium in ip̄o. sed i alio a quo imputatur ei principium sui actus vel motionis i finem. Unde huiusmodi nō dicūtur mouere seip̄a: sed moueri ab alijs. Que vō noticiā am habēt finis dicūtur mouere seip̄a. quia

in est principium nō solum ut agant. sed ut agant propter finem. Utrūq; autē horū. s. et q̄ se moueat. et finem sui motus vel actōnis cognoscat. reperit i actib; humanis. et ideo i eis proprie et p̄fecte volūtarium inuenitur. Volūtarium etiam reperitur aliquo modo in brutis et pueris licz imperfecte. Unde et philosophus dicit i tercio ethicorū. et Damasc. et Grego. nicenus. q̄ bruta et pueri volūtario cōicāt. Pro cuius declaratione sciendum fm. beatum Tho. prima sede. q. vj. q̄ cū ad rationē volūtarij requiratur q̄ principū actus sit intra agentē. cū aliqua cognitōne finis. sicut cognitio finis actōnis et brutis et pueris est imperfecta: ideo etiaz volūtariū in eis est fm. imperfectā rationem. Dicitur autē cognitio imperfecta finis. que i sola finis apprehensione consistit. sine hoc q̄ cognoscatur ratio finis: et proportio actus ad finem. Et talis cognitio inuenitur i brutis per sensum et estimatōnem naturalem. Et animal brutū apprehendens finem. non deliberat. sed subito mouetur i ip̄m. Perfecta autē cognitio finis est nō solum quando apprehēditur res que est finis: sed etiam cum cognoscitur ratio finis. et proportio eius quod ordinatur ad ip̄m finem. et talis cognitio perfecta competit soli rationali nature. Et sic etiam volūtariū fm. p̄fectam rationem. put. s. apprehenso fine aliquis p̄ deliberās de fine et de his que sūt ad finem moueri vel nō moueri i ip̄m. Et nota q̄ licet volūtarium denominatiue dicatur a volūtate: que nominat rationabilem appetitū. vnde i brutis nō reperitur: tamen volūtariū p̄ trahi ad ea. i q̄b; est aliqua participatio volūtatis. fm. aliquā puenientiam ad volūtatez. et hoc modo attribuitur etiaz brutis inq̄tum. s. p̄ cognitionē aliquam mouētur in finem. Itē nota q̄ q̄uis deus moueat homines ad agendum nō solū sicut p̄ponēs appetibile sensibili vel sicut immutās corp' : s; etiā sicut mouēs ip̄sā volūtate. Unde ip̄e ait Job. xv. Sine me nihil potestis facere: nō tñ hec est p̄ rationē actus volūtarij. Cum em̄ om̄is motus tam volūtatis q̄ nature sit a deo sicut a p̄mo mouente. sicut non est p̄tra rationem nature q̄ motus nature sit a deo. sicut a primo mouente. inq̄tum natura est quoddam instrumentum dei mouētis: ita nō est p̄tra rationem actus volūtarij. q̄ sit a deo. inq̄tum volūtas mouetur a deo. Est tamen de ratione naturalis et volūtarij motus q̄ sint a principio intrinseco. Itē licet de ratione volūtarij sit q̄ principium eius sit intra. non tamen est cōtra rationem volūtarij. q̄ principū intrinsecum sit p̄mum principū. Dicit in genere alterabiliū. p̄mū alterās est corp' celeste. qd̄ tñ nō est p̄mū mouēs simpliciter. s; mouet

140

motu locali a superiori mouēte. Sic princi-
piū intrinsecū voluntarij act⁹. quod est vis
cognoscitiua vel appetitiua. est primū prin-
cipiū ī genere appetitiui motus. quōuis moue-
atur ab aliquo alio extēiori s̄m alias speci-
es motus.

Volūtariū dicitur .S. ij.

a aliquid dupliciter. s. directe ⁊ indirecte. Pro
cuius declaratiōe dicit beatus Tho. ubi supra.
q̄ volūtariū dicitur quod ē a volūtate. Ab ali-
quo autē dicitur aliquid dupliciter. Uno mō
directe. quod. s. p̄cedit ab aliquo inq̄tum est
agēs. sicut calefactio a calore. Alio modo in-
directe ex hoc ipso q̄ nō agit. Sicut submersio
navis dicitur esse a gubernatore inq̄tum
desistit a gubernando. ¶ Sed sciendū. q̄ nō
semper illud quod cōsequitur defectū actō-
nis reducitur ī agens sicut in causam: ex eo
q̄ non agit: sed solum tūc. cū potest et debet
agere. Si enī gubernator nō posset nauē di-
rigere. vel non esset ei commissā gubernatio
navis. non imputaretur ei nauis submersio
que per absentiam gubernantis p̄tingeret.
Quia igitur volūtas volendo et agendo po-
test impedire hoc. quod ē nō velle ⁊ nō age-
re. ⁊ aliquādo debet hoc. quod est nō velle et
nō agere: imputat ei quasi ab ipso existens.
cū scilicet debet impedire et nō facit. et sic vo-
lūtariū potest esse absq̄ actu. Et quōq̄ quidē
absq̄ actu exteriori cum actu interiori. sicut
cū vult nō agere. Aliquādo etiā absq̄ actu
interiori. sicut cū nō vult. ¶ Probat et hoc
ratiōne tali. Id cuius domini sum⁹ dicitur vo-
lūtariū. Sed nos domini sumus eius quod
est agere et nō agere. velle et non velle. ergo
sicut agere et velle est volūtariū. ita et nō
agere ⁊ nō velle. Ad quod facit q̄ dicit Amb.
xv. q. j. Nō est.

Involūtariū dicitur .S. iij.

c quod quis nullo modo vult. Et quia q̄ fit
per violentiam seu coactionem absolutam.
homo nullo modo vult. Ideo hic philosoph⁹
et Damasc. q̄ est aliquid involūtariū per vi-
olentiam. Item quia etiā quod fit p̄ igno-
rantiam facti. p̄missa debita diligentia ho-
mo nō vult: ideo dicit etiā philosoph⁹. est
aliquid involūtariū per ignorantiam. Lex
etiā dicit q̄ erratis nulla est volūtas. ¶ Sed
pro maiori horum declaratione dicit beatus
Tho. ubi supra. q̄ duplex est act⁹ volūtatis.

d Unus quidem qui est eius immediate velut
ab ipsa elicitus scilicet velle. Alius autē est
actus volūtatis ab ea impatus. ⁊ mediante
alia potētia exercitus. ut ambulare et loqui
qui act⁹ a volūtate imperatur mediante po-
tentia motiua. Et tunc igitur ad actus a vo-
lūtate imperatos voluntas violentiam pati
potest. inq̄tum per violentiā exteriora mē-

bra impediiri possunt. ne exequantur imperiū
volūtatis. Sed q̄tum ad propriū actum vo-
luntatis nō potest ei violentia inferri. Et h⁹
ratio est. quia act⁹ voluntatis nihil est aliud
q̄ inclinatio q̄dam. p̄cedens ab interiori prin-
cipio cogscente sicut appetit⁹ naturalis est q̄-
dam inclinatio ab interiori principio absq̄ co-
gnitiōne. Quod autē est coactū vel violentū est ab
exteriori principio. vñ p̄ rōnes ipsi⁹ actus vo-
lūtatis est. q̄ sit coactus vel violent⁹. sicut est
etiā p̄tra rationem naturalis inclinationis
vel motus. Potest enī lapis per violentiam
sursum ferri. sed q̄ iste motus violentus sit ex
naturalis inclinatione eius esse nō potest. Si-
militer etiā p̄ homo p̄ violentiā trahi: sed
q̄ hoc sit ex voluntate eius. repugnat ratio-
ni violentie. ¶ Et nota s̄m beatus Tho. ubi
supra. q̄ sicut naturale dicitur quod est s̄m in-
clinationem nature. siue inclinatio sit ī na-
tura sicut a principio actiua. scz ab agēdum
naturale est igni calefacē: siue inclinatio sit
in natura sicut a principio passiuo ad reci-
piēdum. sicut motus celi dicitur naturalis.
quia habet naturalez aptitudinem ad talem
motum licet mouēs sit voluntariū. Ita vo-
lūtariū dicitur quod est s̄m inclinationem
volūtatis. Et hoc potest esse dupliciter. Uno
modo s̄m actionē: puta. cū aliquis vult age-
re. Alio modo s̄m passionem. ut cū aliquis
vult pati ab alio. Unde cū actio insertur ab
aliquo exteriori manēte ī eo qui patitur vo-
luntate patiendi. non est simpliciter violentus:
quia licet ille qui patitur nō conferat
agendo. confert tamen volētū pati. Unde nō
potest dici involūtariū. ¶ Itē s̄m beatus
Tho. Licet id in quod tendit volūtas pec-
cando. sit contra naturam id est contra na-
turam rationalem. et malum s̄m rei verita-
tem: tamen apprehenditur illud ut bonum et
conueniens nature. inq̄tum est conueniens
homini s̄m aliquā passionem sensus. vel ha-
bitum corruptum: et ideo non sequitur q̄ sit
motus violentus sit contra naturaz. motus
voluntatis ī peccando sit violentus. quia vo-
lūtas tendit in actū p̄cī ut ī rez s̄m naturā.

Mixtum ex volun .S. iij.

e tario et involūtario dicitur. quod fit ex me-
tu seu coactione conditionata. Et quod fit
ex ignorantia crassa. Et q̄tum ad primū di-
cit philosophus in tercio ethicorum. et Gre-
gorius nicenus. q̄ que per metum aguntur
mixta sunt ex voluntario et involūtario.
Pro hui⁹ declaratiōe dicit beatus Thomas
prima secunde. q. vj. articulo. vj. q̄ id quod p̄
metum agitur in se consideratum nō est vo-
lūtariū. sed sit voluntariū in casu scilicet
ad vitandum malum quod timetur. Sed si quis
recte consideret. magis sunt ista voluntaria

quod involuntaria. Sunt enim voluntaria simpliciter. Involuntaria secundum quid. Unumquodque enim dicitur esse simpliciter secundum quod est in actu. secundum autem quod est solum in apprehensione, non est simpliciter sed secundum quid. Hoc autem quod per metum agitur, secundum hoc est in actu secundum quod fit. Cuius enim actus in singularibus sunt, singulare autem in quantum huiusmodi est hic et nunc, sed hoc id quod fit est actu secundum quod est hic et nunc, et sub alijs conditionibus individualibus. Sic autem hoc quod fit per metum est voluntarium, in quantum scilicet est hic et nunc, prout scilicet in hoc casu est impedimentum maioris mali quod timebatur. Sicut proiectione mercium in mare fit voluntarium, tempore tempestatis propter timorem periculi. Quod manifestum est, quod est simpliciter voluntarium. Nam competit ei ratio voluntarij, quia principium eius est intra. Sed quod accipiat hoc quod per metum fit, ut extra istum casum existens, prout repugnat voluntati, hoc non est nisi secundum considerationem tantum. Et ideo est involuntarium secundum quid, id est, prout consideratur extra istum casum existens. Et licet quod per metum fit, voluntas non feratur in illud propter seipsum: tantum fertur in illud propter aliud, scilicet ad repellendum quod timetur malum, unde voluntarium motus est. Sufficit enim ad rationem voluntarij quod fiat propter aliud. Voluntarium enim est, non solum quod volumus ut finem sed etiam quod volumus propter aliud, ut propter finem. Sed in eo quod fit per vim, scilicet absolutam, voluntas interior nihil agit. Unde differunt quod agitur per vim, et quod agitur per metum: sicut involuntarium et voluntarium. Concupiscentia autem que est passio, non causat involuntarium etiam secundum quid sicut timor. Ratio est quod timor est de malo. Concupiscentia autem respicit bonum. Malum autem secundum se contrariatur voluntati. Sed bonum est voluntati consonum, unde magis se habet timor ad causandum involuntarium quam concupiscentia, immo concupiscentia auget voluntarium.

Quod fit ex ignorantia §. v. tia dicitur etiam mixtum voluntarium et involuntarium. Sed non intelligitur hoc de quacumque ignorantia. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas prima secundae, q. vii. arti. viii. Quod ignorantia tripliciter se habet ad actum voluntatis, scilicet concomitantem, consequentem, antecedentem. Concomitantem quidem primo modo, quando ignorantia est de eo quod agitur, tamen etiam si sciret nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum, ut hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factum et ignoratum, sicut in hoc exemplo. Cum aliquis vellet quidem hostem occidere sed ignorans occidit eum putans occidere ceruum. Et talis ignorantia non facit involuntarium ut philosophus dicit: quod non causat aliquid quod

repugnet voluntati, sed facit non voluntarium quia non potest esse actu volitum quod est ignoratum. Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatem, in quantum ipsa ignorantia est voluntaria. Et hoc contingit dupliciter secundum duos modos voluntarij superpositos. Uno modo quia actus voluntatis fertur in ignorantiam, sicut cum aliquis vult ignorare ut excusationem habeat de peccato suo, vel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Job, xxi. Scientiam viarum tuarum nolumus. Et hec dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia eius quod quis prescere et debet. Sic enim non agere et non velle, voluntarium dicitur indirecte. Hoc igitur modo dicitur ignorantia. Siue cum aliquis actu non considerat quod considerare potest et debet, que est ignorantia male electiois ex passione vel habitu proveniens. Siue cum quis noticia quam debet non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorantia uniuersalium iuris, quam quis scire tenetur, voluntaria dicitur, quasi per negligentiam veniens. Cum autem ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum, non causat simpliciter involuntarium, sed causat tamen secundum quid involuntarium, in quantum precedit motum voluntatis ad aliquid agendum qui non esset scientia presentis. Antecedenter se habet ignorantia ad voluntatem, quando non est voluntaria, et tamen est causa volendi, quod aliter hoc non vellet, cum homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur scire. Et ex hoc aliquid facit quod non faceret si sciret. Puta cum aliquis diligentia adhibita nesciret aliquem transire per viam, proicit sagittam que interficit transeuntem, et talis ignorantia que dicitur facti, causat involuntarium simpliciter.

De predictis, scilicet volu §. vi. tario et involuntario et mixto ex utroque, multa habentur in iure, unde e pluribus aliqua ponentur. Abi sciendum, quod regulare est, quod ea que vi metus de causa fiunt, carent robore firmitate, ex tunc de his que vi me, de cau, si, c. ad audientiam. Et talia sunt involuntaria simpliciter vel secundum quid. Pro cuius declaratione nota secundum Ray. Quod vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest, ff. quod me, cau, l. j. Metus vero est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et idem beatus Thomas in quarto. Vis autem seu coactio est duplex secundum Thomas, in quarto. Et secundum glo. super ca. de iudeis, di. xlv. scilicet absoluta et conditionata. Et de absoluta coactione intelligitur definitio supra dicta de vi data. Et hec quidem, quia est involuntaria simpliciter, in materijs peccatorum excusat a toto, sicut si qua mulier violenter cognoscatur, vel si violenter manus

142

alicuius accipiat ab ponendum tura super ignem coram idolis et huiusmodi. In nullo peccatur voluntate oīno renitente. ut habetur. xxxij. q. v. ita ne. et. c. sequenti. Talis etiā coactio absoluta tollit veritatem et effectum sacramentorum. ut dicitur in glo. sup. c. de iudeis bis. xv. Si enim quis teneatur violenter. et ipso reclamante baptizetur nil recipit nec characterem nec gratiam. et sic de ordinibus sacris. Coactio conditōnata quia hec nō est oīno inuolūtaria: sed est volūtarium mixtum. In se ei illud nō vellet ab quod cogitur. Sed vult penas evitare quibus cogitur: et ideo assentit. An nō excusat a toto sed a tāto in malis. An dicitur ex. eo. ti. sacris. q. licet metus culpā attenuet. nō tamē prorsus excludit. q. p. nullo metu quis debet committere mortale peccatum. Et sub hac coactione conditionata cōprehenditur metus. siue coactio p. metum s. m. beatū Tho. i. iij. q. De. Que est duplex. Una scilicet leuis et insufficientis. que nō cadit in potestatem virum. ut si quis nō timeret nō perdere gratiam seu amicitiam alicui. si nō facit quod vult. Dicitur etiā metus leuis in vno. qui nō dicitur in alio. quia nō est verisimile hominē clare dignitatis in urbe timuisse. vel regem parvū militē suū. ut. xxxij. q. ij. c. Lotbari. Et. ff. q. me. cau. l. nō est verisimile. Alia coactio est grauius p. metum. qui. scilicet. cadit in cōstatem viri. ut metus mortis vel cruciatus. et talis metus excludit matrimoniū quo ad deū et quo ad eccliam. s. m. Tho. et De. et Alb. i. iij. Et Ray. et Hosti. i. sum. Et similiter timor stupri vel seruitutis excludit m. m. s. m. p. factos doctores. Nec differt ut p. dicta quas tuor fiant in persona p. r. a. aut liberoz aut vxoris. An versus. Excusare metus hos posse puta quia vis sit. Stupri siue status verberis atq. necis. Et hoc nisi poste a cōsentiret. Talis etiā metus qui potest cadere in cōstatem virum rescindere facit contractus. Dicit tamen Alber. in. iij. q. compulsus per metum cadentem in cōstatem virum. cum p. misit aliquid alteri ubi est iudicium per quod potest inueniri defensio a iudice. debet soluere p. missū scilicet quod de se nō est malum. ut dare cēsum florenos et huiusmodi. Cōpetit enim actio ex lege et ex canone. et iudex debet restituere facere in integrum. Sed si defectus sit iudicis. tūc non debet soluere ut puto. Et hoc si iuramentum nō interuenit. Nam tunc soluendum est. Vel faciat per superiorem relaxare. Si autem violauit iuramentum non soluendo. veniens ad penitentiam nō est cogendus ad dandum promissum. sed penitentia iniungenda de peccato. Ista etiā coactio conditōnata. etsi non impediat veritatem sacramentorum in suscipiente. impedit tamen effectum secundariū. scilicet. gratiam. Qui enim suscipit baptismū

vel ordinē timore. ne amittat vitam vel substantiam. alis non suscepturus: non recipit gratiam sed characterem utiq. recipit. ut dicitur in glo. in dicto. c. de iudeis. bi. xv. Item Ray. et Thomas. Et quis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiam coactione conditionali. unde dicit de iudeis. Precipit sancta synodus nemini vim inferri ad credendum. Non enim inuiti saluandi sunt. scilicet. tales. sed volentes: ut integra sit forma iusticie. bis. eadē. Tamen sequi coacti sunt per talem coactionem conditionatam. cogendi sunt ad seruandum fidem et regulas xpianorum. quam necessitate susceperunt. ut dicitur in dicto. c. de iudeis. Nō autem cogendi sunt qui absoluta coactione sunt coacti. quia nil acceperunt. Que etiā fiunt ex ignorantia nō inuincibili. sed procedente ex negligentia que dicitur crassa ignorantia. sunt inuolūtaria mixta. Et de his. xv. q. j. §. Sed hoc. Et. c. sequenti. Item nō solum quod fiunt coactione absoluta sunt inuolūtaria simpliciter. Sed etiam que fiunt mente omnino alienata et ideo nō imputantur ad culpam vel penam. Unde Aug. Aliquos scimus subito dementes factos. ferro. fusce. moribus. lapidibus. multos nocuisse. quosdam etiam occidisse. captos autem industria in iudicio oblatos minime reos factos: eoq. non voluntate sed impellente vi. nescio qua. hec gesserunt nescientes. xv. q. j. aliquos. Nec obstat. c. si quis insanians. q. ea. Ubi penitentia dicitur imponenda ei qui in insaniam fecit homicidium. reuerso ad proprium sensum. Hoc est fit ut dicit ibi glo. ad cautelam. q. scilicet. forte nō totaliter erat mente alienatus. ar. xxxij. q. ij. in lectum. Et ne deseratur ecclesiastica disciplina. ut. xxxij. q. v. excommunicatorum. Quod autem Gratianus dicit in sequenti. §. q. ideo penitentia iniungitur tali. quando ex culpa sua incurrit insaniam. Et sic videtur ei imputari aliquo modo. tūc dicit glo. Job. q. illa opinio Gratiani non est approbanda. quia talis satis ipso iure puniunt. ij. q. ix. c. Indicas. De voluntario simpliciter intelligitur illud Ambro. Illa cauenda sunt. que ex nostra probeunt voluntate. delicta iuuentutis et irrationabiles corporis passiones. Quorum nos sumus domini. principia extrinsecus non requiramus. nec deriuemus in alios. sed agnoscamus que propria nostra sunt. q. possumus nō facere si volumus. Quis electionem mali potius nobis debemus ascribere. xv. q. j. Illa.

De actibus voluntatis ab ipsa se immediate elicitis. et de ipso velle qui est primus actus. Capitulum quartum.

Deinde videndum est de actibus voluntatis ab ipa immediate elicitis. Mouet aut voluntas in finem. et in ea que sunt ad finem. **P**rimo igitur agendum de actibus voluntatis ab ea elicitis. quibus mouet in finem. Et hi sunt tres. scilicet. velle. frui. et intendere. Deinde de actibus voluntatis quibus mouet in ea que sunt ad finem. Et hi sunt tres. scilicet. eligere quod tamen precedit consulere. secundus est consentire. tertius vti. **E**t quatuor ad primos actus sciendum. quod cum actus voluntatis primo sit respectu finis. Voluntas ipsa respicit finem tripliciter. **U**no modo absolute. et sic dicitur actus eius voluntas seu volitio. prout scilicet absolute volumus vel sanitate vel si quid aliud est huiusmodi. **A**lio modo voluntas respicit finem. secundum eam considerationem qua in ipso quiescit: et talis actus voluntatis dicitur fructio. **T**ertio modo consideratur finis per voluntas respicit ipsum. secundum quod est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur. Et actus voluntatis. secundum hanc considerationem seu respectum dicitur intentio. Non enim ex hoc solum dicitur intendere sanitate et volumus eam. sed quia volumus per aliquod aliud ad eam peruenire. ut per medicinam et huiusmodi. **D**ec b. tho. prima secundae. q. xij. arti. j. **E**t quatuor ad primum actum voluntatis qui est velle. inspicienda sunt tria. **P**rimum de quo sit voluntas. **S**ecundum a quo moueatur voluntas. **T**ertium quomodo moueatur voluntas.

Quatuor ad primum voluntas. **S**. j. seu velle est terminus de bono. **A**nti dicitur. in i. ca. d. diu. no. quod malum est propter voluntatem eorum omnia appetunt bonum. Sed bonum de quo est voluntas. non est semper verum bonum. Sed aliquando verum. aliquando apparet bonum et actus peccati. **P**ro cuius declaratione dicit b. tho. prima secundae. q. viij. arti. j. quod voluntas est appetitus rationalis. **O**mnia autem appetitus non est nisi boni. **H**uius ratio est. Quia appetitus non est aliud quam inclinatio appetentis in aliquid. **N**ihil autem inclinatur nisi in aliquid simile et pueniens. **C**um igitur omnia res. in quantum est ens et substantia sit quoddam bonum. necesse est ut omnia inclinatio sit in bonum. **E**t non est quod philosophus dicit in primo ethicorum. quod bonum est quod omnia appetunt. **S**ed considerandum est. quod cum omnis inclinatio consequatur aliquam formam. **A**ppetitus naturalis consequitur formam in natura existentem. **A**ppetitus autem sensitivus vel intellectivus seu rationalis qui dicitur voluntas. consequitur formam apprehensam. **S**icut ergo id in quod tendit appetitus naturalis. est bonum existens in re. **I**ta id in quod tendit appetitus animalis seu rationalis est apprehensum. **A**d hoc ergo quod voluntas in aliquid tendat. non re-

quiritur quod illud sit bonum in reueritate: sed quod apprehendatur in ratione boni. propter hoc philosophus dicit. in i. physicorum. quod finis est bonum vel apparet bonum. **E**t licet eadem potentia sit oppositorum. **S**icut visus est albi et nigri. non tamen eodem modo. **S**ic voluntas est boni et mali. **S**ed ad bonum se habet illud appetendo: et ille actualis appetitus dicitur voluntas seu velle. **A**d malum se habet voluntas fugiendo. et ipsa fuga mali magis dicitur voluntas. non malum ipsum. **V**olumus enim non malum: sed fugere malum. et hoc habet rationem boni. **F**utura autem et si non sint in rerum natura: apprehendunt tamen sub ratione boni ut entia rationis. sicut etiam sunt privationes et negationes. ut non loqui. non operari. que dicuntur entia rationis. et sic in ens tendit voluntas. **A**nti et philosophus dicit in v. ethicorum. quod carere malo. habet rationem boni. **V**oluntas prout significat actum ipsius volitive potentie proprie est finis. non eorum que sunt ad finem. **P**ro cuius declaratione dicit b. tho. prima secundae. q. viij. arti. ij. quod voluntas quocumque dicitur potentia qua volumus. quocumque dicitur ipse actus voluntatis. **S**ecundum ergo quod voluntas nominat potentiam. sic se extendit ad fines. et ad ea que sunt ad finem. **A**d ea enim se extendit unaqueque potentia. in quibus inueniri potest quoquomodo ratio sui obiecti. **S**icut visus se extendit ad omnia que precipue quoquomodo colorem. **R**atio autem boni quod est obiectum potentie voluntatis. inuenitur non solum in fine: sed etiam in his que sunt ad finem. **S**ed secundum quod voluntas nominat actum. sic proprie loquendo est finis terminus. **C**uius ratio est. quod omnis actus denominatus a potentia. denominat simplicem actum illius potentie. **S**icut intelligere nominat simplicem actum intellectus. **S**implex autem actus potentie tendit in id quod secundum se est obiectum potentie. **I**d autem quod propter se est bonum et volitum est finis. **A**nti voluntas proprie est ipsius finis. **E**a vero que sunt ad finem. non sunt bona vel volita propter seipsa: sed in ordine ad finem. **A**nti voluntas in ea non fertur nisi quatenus fertur in finem. **A**nti hoc ipsum quod in eis vult est finis. **A**ctus voluntatis potest ferri in finem absque hoc quod feratur in ea que sunt ad finem. **S**ed in ea que sunt ad finem in quantum huiusmodi ferri non potest. nisi feratur in finem. **A**nti uno actu fertur in utrumque. **D**ec sic probat beatus Thomas. prima secundae. q. viij. arti. iij. **C**um finis sit secundum se volitum. **I**d autem quod est ad finem non sit volitum nisi propter finem. manifestum est quod voluntas potest ferri in finem absque hoc quod feratur in ea que sunt ad finem. **S**ed in ea que sunt ad finem in quantum huiusmodi. **V**olun-

144 **A**tas ferri non potest nisi feratur in finem. Sic igitur voluntas in finem fertur dupliciter. Uno modo absolute sibi se. Alio modo in ratione volendi ea que sunt ad finem. Manifestum est ergo. quod unus et idem motus voluntatis est quo fertur in finem. sibi quod est ratio volendi ea que sunt ad finem. et in ipsa que sunt ad finem. Sed alius actus est quo fertur in ipsum finem absolute. Et quandoque procedit tempore. Sicut cum aliquis primo vult sanari. et postea deliberans quomodo possit sanari. vult conducere medicum ut sanetur. Exemplum. Quandoque videtur color videtur et lumen eodem actu. potest tamen videri lumen absque hoc. quod videatur color. Et in executione quidem operis ea que sunt ad finem se habent ut media finis autem ut terminus. Sed in volitione est econverso. Nam voluntas per finem. tamen quod per medium devenit ad volendum ea que sunt ad finem. Sicut intellectus devenit in conclusiones. per principia que media dicuntur. Unde sicut intellectus aliquando intelligit medium. et ex eo non procedit ad conclusionem. et ambulans ad aliquem locum. aliquando persistit in medio itineris. et non pervenit ad terminum. Sic et voluntas aliquando vult finem. et non pergit ad volendum id quod est ad finem.

Quod ad secundum circa. §. ij.

actum voluntatis. scilicet a quo sit ipse actus seu motus voluntatis. Ubi sciendum quod motus voluntatis est a deo ut a primo motore omnium. Est a potentia volitiva quantum ad exercitium actus. sibi ratione finis. precipue in volendo finem. quia per hoc quod vult finem. movet voluntas seipsam in volendo ea que sunt ad finem. Est et motus voluntatis ab intellectu ipsius volentis. ut a presentante ei obiectum suum. quod est bonum apprehensum per intellectum. Est quandoque ab appetitu sensitivo ut a trahente ipsum. per passionem sub apparentia boni. Et quantum ad primum quod actus voluntatis sit a deo. ostendit apostolus **Phil. ij. dicens.** Deus est qui operatur in nobis velle et perficere. Pro cuius declaratione dicit b. tho. prima secundae. q. ix. arti. vj. quod sicut motum naturalem rei causare non potest. nisi quod est aliquo modo causa rei. ut quod lapis moveatur deorsum. Nam cum movetur sursum per instantum hominis. qui homo naturam lapidis non causat: motus ille non est naturalis sed violentus. Ita et si homo habens voluntatem moveri possit ab aliquo quod non est causa eius. ut ab alio homine per violentiam: motus tamen voluntatis eius quod sit ab aliquo extrinseco. quod non sit causa eius est impossibile. Voluntatis autem causa nihil aliud esse potest. quam deus. Et hoc dupliciter. Primo ex hoc quod voluntas est potentia anime rationalis.

que a solo deo causatur per creatorem ut dictum est supra. Secundo ex hoc patet. quod voluntas habet ad universalem bonum ordinem. Omne autem aliquid bonum per participationem dicitur et est quoddam bonum particulare. Particularis autem causa non dat inclinationem universalem. Unde nec materia prima que est in potentia ad omnes formas. potest causari ab aliquo particulari agente. Nec tamen sequitur. quod cum homo vult malum. deus movet voluntatem eius ad illud malum. quia ipse est motor voluntatis: quoniam sibi b. tho. ubi supra. Deus movet voluntatem hominis. sicut universalis motor. ab universale obiectum voluntatis. quod est bonum. Et sine hac universalis motus homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud. quod est vere bonum vel apparens bonum. Sed interdum movet specialiter deus aliquos ad aliquid determinate volendum. quod est bonum. sicut in his quos movet per gratiam. Movetur etiam voluntas ad actum suum ab intellectu. Unde philosophus dicit in. iij. de anima. quod appetibile intellectum est movens non motum. Voluntatis autem est movens motum. Motus. scilicet quia movetur ab intellectu. Movens quia movet alias potentias. etiam ipsum intellectum quantum ad exercitium actus. id est ad intelligendum. Non tamen movet intellectus voluntatem ex necessitate. Unde augustinus tractans illum philosophum. Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas etc. ait. Prevolat intellectus. sequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonum nec tamen delectat agere. Cuius ratio est sibi b. tho. quia sicut imaginatio forme perveniens vel nociva. sine estimatione non movet appetitum sensitivum. Ita nec apprehensio veri. sine ratione boni nec appetibilis movet voluntatem. Unde intellectus speculativus non movet: sed practicus. ut dicitur in. iij. de anima. Pro maiori horum declaratione dicit b. tho. prima secundae. q. ix. arti. j. Instantum aliquid indiget moveri. in quantum est in potentia ad plura. Oportet enim ut id quod est in potentia reducatur ad actum per aliquid quod est actu. et hoc est movere. Duplex autem aliqua vis anime invenitur esse in potentia ad diversa. Uno modo quantum ad agere et non agere. Alio modo quantum ad agere. hoc vel illud. Sicut visus quandoque videt actu. et quandoque non videt. et quandoque videt album. quandoque nigrum. Indiget igitur movente quantum ad duo. scilicet quantum ad exercitium et usum actus. et quantum ad determinationem actus. Quorum primum est ex parte subiecti. quod invenitur quicquid agens quicquid non agens. Aliud est ex parte obiecti sibi quod specificat actus. Motio autem ipsius subiecti est ex agente aliquo. Et cum omne agens agat

propter finem. principium huius motus est ex fine. Et inde est quod ars ad quam pertinet finis. mouet artem ad quam pertinet id quod est ad finem suo imperio: sicut gubernatoria ars imperat nauifactive. Bonum autem in communi quod habet rationem finis. est obiectum voluntatis. Et ideo ex hac parte voluntas mouet alias potentias anime ad suos actus utimur enim et alijs potentijs anime cum volumus. Nam fines et perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehenduntur sub obiecto voluntatis. sicut quedam particularia bona. Semp̄ enim ars vel potentia ad quam pertinet vniuersalis. mouet ad agendum artem vel potentiam ad quam pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus. Sicut dux exercitus qui intendit bonum commune. secundum ordinem totius exercitus mouet suo imperio aliquem ex tribunis. qui intendit bonum vniuersali aciei. Obiectum autem mouet determinando actum ad modum principij formalis. a quo in rebus naturalibus actio specificatur: sicut calefactio a calore. Primum autem principium formale est ens et verum vniuersale. quod est obiectum intellectus. Et ideo isto modo motus intellectus mouet voluntatem: sicut representans ei obiectum suum. **Mouet voluntas etiam ad actum suum a seipsa.** Cum enim sit domina sui actus: et ipsa sit velle et non velle. quod non esset si non haberet in potestate sua mouere seipsam ad volendum. sequitur quod a seipsa mouet. Unde dicitur **Eccl̄i. xv.** Posuit deus ante illuz. scilicet hominem bonum et malum ad quodcumque voluerit extendat manum suam. **Pro huius declaratione dicit b. tho. prima sede. q. ix. arti. iij.** Ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis. qui est obiectum voluntatis. Sed hoc modo se habet finis in appetibilibus. sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem quod intellectus per hoc quod cognoscit principium. reducit seipsum de potentia in actum quantum ad cognitionem conclusivum. Et hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc quod vult finem. mouet se ipsam ad volendum ea que sunt ad finem. Non autem eodem modo mouet ab intellectu et se ipsa. Sed ab intellectu mouet secundum rationem obiecti. in quantum ipsum sibi representat. A seipsa mouetur secundum rationem finis. in quantum vult ea que sunt ad finem propter finem. Nec secundum idem voluntas mouet et mouetur: sed secundum diuersa: quia cum vult finem. est quidem in actu voluntas quo ad finem. In potentia autem quo ad illa que sunt ordinata ad illum finem. Cum autem vult actu ea que sunt ad finem. reducit se de potentia in actum respectu illorum. et sic ut mouens est in quantum vult finem. ut mota in quantum vult ea que sunt propter finem. **Mouet voluntas ad actum**

suum quandoque ab appetitu sensitivo. sicut ab alliciente. Unde **Iaco. j.** dicitur. Unusquisque temptatur a concupiscentia sua abstractus est illectus. Non enim abstraheret quis a concupiscentia nisi voluntas eius moueretur ab appetitu sensitivo. in quo est concupiscentia. **Pro huius declaratione dicit b. tho. prima sede. q. ix. arti. iij.** quod id quod apprehenditur sub ratione boni et convenientis. mouet voluntatem per modum obiecti. Quod autem aliquid videatur bonum et convenientes ex duobus contingit. scilicet ex conditione eius quod proponitur. et eius cui proponitur. **Conueniens enim secundum relationem dicitur.** unde ex utroque extremo dependet. Et hinc est quod gustus diuersimode dispositus. non eodem modo accipit aliquid ut convenientes et ut non convenientes. Unde et plus dicit in. iij. ethicorum. Qualis vnusquisque est. talis finis videtur ei. Manifestus est autem. quod secundum passionem appetitus sensitivi. imutatur homo ad aliquam dispositionem. Unde secundum quod homo est in passione aliqua videtur aliquid ei ut convenientes. quod non videtur eidem extra passionem existentem. sicut irato videtur quod non videtur quieto. Et per hunc modum ex parte obiecti appetitus sensitivus mouet voluntatem. Et quis voluntas sit prestantior appetitu sensitivo simpliciter loquendo. et agens et mouens sit naturaliter prestantius patiente et moto. secundum Augustinum. tamen quo ad illum in quo passio dominatur. appetitus sensitivus est prestantior voluntate. et ideo voluntas ut mota et paciens subiacet appetitui sensitivo. Et quis voluntatis actus sit vniuersalis. quia sequitur apprehensionem intellectus qui est vniuersalium: tamen quia actus et electiones hominum sunt circa singularia. Unde est quod quia appetitus sensitivus est virtus particularis. quia sequitur apprehensionem sensus qui est particularium rerum. habet magnam virtutem ad hoc quod sic disponatur. ut ei aliquid videatur. sic vel aliter circa singularia. **Mouetur etiam quandoque voluntas a rebus sensibilibus sibi propositis exterius.** Nam voluntas mouetur ab obiecto Sed obiectum voluntatis potest esse aliqua res exterior sensui proposita: sicut **Bersabee** visa a **Dauid.** mouit voluntatem eius ad concupiscendum. Unde et **Iob.** dicit prima epistola. Nolite diligere mundum neque ea que in eo sunt. scilicet sensibilia. **Dilectio est actus voluntatis.** Mouent ergo ista exteriora voluntatem. sicut obiecta. non de necessitate. Nec etiam mouent eo modo quo mouet voluntas. quantum ad exercitium actus. ab aliquo exteriori agente et impimente in ipsam voluntatem et in fluente. Sic enim a solo deo mouetur. non autem ab angelis etiam bonis. Quis ei angelus?

146

operetur in intellectu hominis. confortando lumē ipsius et illustrando fantasmata. non tamē operat̄ in voluntatez mouēdo ipsam.

Sed nec a corporibus celestibus seu planetis potest moueri voluntas directe. Nec in ipsam possunt imprimere vel operari directe. Et ratio est s̄m b. tho. p̄ma sc̄de. q. ix. arti. v. Quia nullum corpus potest agere in rē incorporeā: sed e cōuerso. Intellectus et voluntas sunt potētie anime. que nō sūt affixe organis corporeis: sed sunt pure imateriales et ideo impossibile est. q̄ ulluz corpus celeste directe imprimat intellectum vel voluntatē. Indirecte possunt imprimere. in q̄tum videlicet voluntas moueri potest ab aliquid ab appetitu sensitiuo per passionese eius. In appetitum autē sensitiuū sicut et in alias vires sensitivas. imprimere possunt corpora celestia. quia affixe sunt organis corporeis. Que organa corporis sicut et ipsa corpora omnia inferiora subiacēt influentijs et impressionibus corporū celestium. Sicut autē voluntas ipsa nō cogit̄ ab sequendū appetitū sensitiuū. q̄uis instigetur: sed libera est. Nec etiā cogitur ab appetendum ipsa sensibilia. que p̄ponunt̄. in que habent impressionez et operatōnem corpora celestia. Ita nō cogit̄ a constellationibus et influentijs corporū celestium ab volendum.

De tercio. s. de modo .S. iij.

quo mouetur voluntas ab actu suo. Sciendum q̄ mouetur ab quēdā de necessitate et naturaliter. vt ab volendum bonū in cōmuni. et vltimū finem seu beatitudinem. et que pueniunt alijs potētis. vt cognitionem veri que cōuenit intellectui. et esse et viuere et alia h̄mōi. que respiciunt consistentiā naturalem. Ad quēdā alia mouetur contingenter et nō naturaliter vt ab omnia alia. Pro horum declaratione dicit b. tho. p̄ma sc̄de. q. ix. arti. ij. **Q** voluntas mouetur dupliciter. **U**no modo q̄tum ab exercituz actus. s. ab velle et non velle. **A**lio modo q̄tum ab specificationem actus. s. ab velle hoc aut illud. **P**rimo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouetur. potest enī aliquid de quocunq; obiecto nō cogitare. et p̄sequēs nec actu vel illud. **S**ed q̄tum ab sc̄dm motōnis modū. voluntas ab aliquo obiecto ex necessitate mouet̄: ab aliquo aut non. **I**n motu enī cuiuslibet potētie a suo obiecto consistenda est ratio. p̄ quā obiectū mouet potētiam. **V**isibile enī mouet visū sub ratōne coloris actu visibilis. **U**nde si color p̄ponat̄ visui ex necessitate mouet visū. nisi aliquis visum auertat quod pertinet ad exercitium actus. **S**i autē p̄ponetur aliquid visui. quod nō omnibus modis esset color in actu: sed s̄m aliquid esset tale. et s̄m aliquid nō tale. nō

ex necessitate visus tale obiectum videret. posset enī non intendere in ipm̄ ex ea p̄te q̄ nō est coloratū in actu. et sic ipm̄ nō videret. **S**icut autē coloratū in actu est obiectū visus. ita bonū est obiectū volūtatis. **U**nde si p̄ponatur aliquod obiectum volūtati quod sit vniuersaliter bonū. et s̄m omnē p̄siderationem ex necessitate voluntas in illud tenderet si aliquid velit. **N**ō enī potest velle oppositū. **S**i autē p̄ponatur ei aliquod obiectum. qd̄ nō s̄m omnē consideratōz sit bonū nō ex necessitate voluntas feret̄ in illud. **E**t quia defectus cuiuslibet boni habet ratōnem nō boni. ideo id solum bonū quod est p̄fectum et cui nihil deficit. est tale bonū. qd̄ voluntas nō potest nō velle. qd̄ est beatitudo. **A**lia autē particularia bona in q̄tum deficiūt ab aliquo bono possunt accipi vt nō bona. et s̄m hanc consideratōez possunt repudiari vel acceptari a voluntate. que potest i idem ferri s̄m diuersas p̄sideratōes. **S**icut enī intellectus d̄ necessitate mouet̄ ab obiecto qd̄ est semp̄ et ex necessitate veruz nō ab eo qd̄ potest esse verum et falsum. s. a contingente. **S**ic et voluntas a bono p̄fecto. cui nihil deficit. vult etiā de necessitate ea que sūt ad finem. sine quibus finis haberi non potest. vt esse. viuere et huiusmōi. **E**t que vult homo ex necessitate. vult etiā naturaliter. **Q**uis enī voluntas diuidat̄ contra naturā sicut vna causa contra aliam: quēdā enī fiunt naturaliter et quēdā volūtariē. **E**t ali^o modus causandi est p̄prius voluntati. que ē domina suoz actuū. et habet viam ab opposita. **A**lius modus causandi est p̄prius nature. que est determinata ad vnū nec habet viā ad oppositū. **C**amē quia volūtatis in aliqua natura fundat̄. necesse est q̄ modus p̄prius nature q̄tū ad aliqd̄ p̄cipiet̄ a voluntate. sicut qd̄ est prioris cause. partic ipatur a posteriori. **E**st autem in vnaquaq; re primum ipsum esse quod est p̄ naturā. q̄ velle quod ē per voluntatem. **E**t inde est. q̄ voluntas aliquid vult naturaliter. et ita determinate. qd̄ non habet viam ad opposita. vt beatitudinē bonū in cōmuni esse viuere. **E**t dicitur hic naturale. s̄m q̄ natura dicitur quelibet substantia. et quodlibet ens. **E**t s̄m hoc dicitur naturale rei. quod puenit ei s̄m suam substantiam. et hoc est q̄ p̄ se inest ei. **E**t sic accipiendo semp̄ principium in his que conueniunt rei. oportet q̄ sit naturale. et hoc apparet i intellectu. **N**ā p̄cipia naturalis p̄gnitionis sūt naturaliter nota. **S**imiliter p̄cipiū volūtati oportet q̄ sit aliqd̄ naturalit̄ volūtatum: et hoc est bonum in cōmuni. et vltimus finis. **M**otus voluntatis cū sit a deo vt a primo mouētē. nō tamē est mot^o necessarius ille sed p̄tingens. nisi in his que na-

turaliter vult de quibus dictus est. *Et in eccl̄i xv. dicitur. q̄ deus ab initio cōstituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui. s. ab volendum vel nō volendū hoc vel illud.* Pro cuius declaratione dicit b. tho. prima sc̄de. q. x. articu. iij. *Et dicit bjonisius. Ad prouidentiam diuinam non pertinet corrūpere naturam rerum: sed seruare. Unde mouet omnia s̄m eorum conditionem. ita q̄ ex causis necessarijs per motionem diuinam. sequūtur effectus ex necessitate. Ex causis autem contingentibz consequūtur effectus contingentē. Quia igitur voluntas ē actum principium nō de terminatum ad vnum sed indifferenter se habens ad multa. sic de ipsam mouet. q̄ nō ex necessitate ipsam de terminat ad vnum: sed remanet motus ei? contingens et nō necessarius. nisi in his ad que naturaliter mouetur. Sed ab appetitu sensitiuo cum mouetur voluntas. non mouetur ex necessitate. Nam si talis est passio in appetitu sensitiuo. q̄ tollat totaliter usum rationis. ut in freneticis et amentibus. tūc actus talis hominis non est actus voluntatis: sed similis brutozum actibus. Sed non totaliter absorbet rationem passio. sicut cū remaneat aliquo modo iudiciū rationis liberum. sic q̄ motus voluntatis. Unde nō necessario mouetur ab appetitu p̄ passionem. ad quod facit q̄ dicitur Gen̄. iij. Sub te erit appetitus ei? et tu dominaberis illius.*

Capitulum quintū. De sc̄do actu voluntatis qui dicitur frui.

Huius est secundus actus elicitus a voluntate. *Ubi notandum s̄m b. tho. p̄ma sc̄de. q. xj. q̄ visio dei inq̄tuz est visio. ē actus intellectus. Inq̄tum autē est bonum q̄ finis est voluntatis obiectū: et hoc modo est eius fructio. Et sic hunc sinez p̄sequit intellectus ut potentia attingens: voluntas tanq̄ potentia mouens ad finem. et fruens sine iam adeptō. Item nota s̄m tho. vbi supra. q̄ i declaratione quā importat fructio duo sunt. s. p̄ceptio p̄uenientis que p̄tinet ad apprehensiuam potentiam. et cōplacētia eius quod offertur ut p̄ueniens. et hoc p̄tinet ad appetitiuam in qua ratio delectationis p̄ficitur. Pro quoz declaratione dicit b. tho. in primo sen. dis. j. Ubi diffuse tractatur ista materia etiam in textu. q̄ fructio cōsistit in optima opatione hominis. cum fructio sit vltima felicitas hominis. Felicitas autē nō est in habitu: sed in opatione s̄m p̄m. Optima autē operatio hominis est operatio intellectus. ad nobilissimuz obiectum quod est deus. Unde ipsa visio diuinitatis ponit tota substantia*

nostre beatitudinis. *Iuxta illud Job. xvij. Nec est vita eterna ut cognoscant te q̄c. Ex ipsa autē visione. cum ip̄m visum nō videat p̄ similitudinē sed p̄ essentiā. efficitur quodā modo intra videntem. et ita est cōprehensio que succedit sp̄ci. cōsequens visionē que succedit fidei. sicut et sp̄s quodāmodo generatur ex fide. Et ex hoc q̄ ip̄m visum receptus est intra videntem. vnit sibi ip̄m videntē. ut fiat quasi quedam mutua penetratio p̄ amorem. Sicut dicitur. j. Job. iij. Qui manet i caritate in deo manet q̄c. Ad unionem autē maxime conuenientis sequitur summa delectatio. Et in hoc perficitur nostra felicitas quam nominat fructio. Ex parte sui complementi magisq̄ ex parte principij. cum includat in se quandam delectationē. Et ideo ipsa fructio est actus voluntatis. et s̄m habitum caritatis: quous s̄m ordinem ad habitus et potentias p̄cedentes. Quis enī concurrant ad fructionem p̄dicta tria. scz visio. cōprehensio. et amatio. perficitur tamen ipsa in amore. Et alie quidem virtutes coniungunt nos deo p̄ modum meriti et dispositionis. caritas p̄ modum perfecte unionis. Dantur autem diuerse diffinitiones eius s̄m diuersos respectus. Et prima est q̄ frui est amore inherere rei propter se. Hoc datur per cōmpationem ad obiectū et habitum elicentē actum. Alia est augusti. dicens. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata cōquiescit. Hoc datur per cōmpationem ad potentiam cui? est actus. s̄m ordinem ad potentiam p̄cedentē. s. cognitōnem que p̄tinet ad intellectus. Tercia est q̄ frui ē cū gaudio uti nō sp̄: sed rei iā habite. Hoc datur p̄ cōmpationem p̄sequentē actū inq̄tum est p̄fectū. s. gaudiū de re habita. Nec ē incōueniens q̄ de vna re tentur plures diffinitiones. s̄m diuersas causas v̄ proprietates. Quādo autē exprimeret totū esse rei s̄m omnes causas eius. tunc diffinitiones p̄dicte non essent nisi vna.*

Quo fruendum sit. S. j.
Ad quod dicendum s̄m b. tho. vbi supra. q̄ frui aliquo dicitur tripliciter. *Uno modo sicut obiecto. Et hoc modo solo deo fruendum est. Et sic dicit Augusti. q̄ fruendum est solum illis rebus que nos beatos faciunt. scz personis diuinis. p. f. et spiritu sancto. quia ad bonitatem ipsius dei. ordinatur tota bonitas vniuersi. sicut bonitas totius exercitus ad bonum ducis. Secdo modo sicut habitu elicentē actū fructionis. Et hoc modo beatitudie creata q̄ caritate fruendū ē. Deus enī facit beatos effectiue. dando seip̄m q̄ causando ipsā beatitudinē. Beatitudo autē creata formaliter facit beatū: sicut albedo facit albū. Tercio modo fruimur aliq̄ sicut istuz*

mento fruitionis. et hoc modo fruimur potētia cui frui est actus. Quia vero humanitas christi non est finis ultimus. ideo in visione eius non est proprie frui: sed quoddam accidentale gaudium. et non substantialis beatitudo. Domine autem quocumque sancto non est fruendum simpliciter: sed in deo. Juxta illud quod ait apostolus ad Philemonem. Fruar te in christo. Ubi autem cum homine in deo fruere. magis deo quam homine fruere. Et sic secundum thomam. ubi obiectum fruitionis est deus. cōrepresentans ipsum obiectum per similitudinem gratie in qua inhabitat deus. Peccatore autem non est fruendum in deo. quia non est in eo gratia que facit deum inhabitare. que quidem est exemplar expressum ipsius summe bonitatis. qua fruendum est. Et multo minus creatura irrationali fruendum est. Non enim sufficit ad hoc similitudo imaginis vel vestigij: sed requiritur similitudo gratie. Tribus autem personis diuinis est una fruendone fruendum. Huius ratio est duplex. secundum b. thomam. ubi supra. Prima est ex parte essentie. Obiectum enim fruitionis est summa bonitas. Unde frui respicit unam quamque personam. prout est summum bonum. Unde cum eadem numero sit bonitas trium personarum eadem erit et frui. Alia vero sumitur ex parte proprietatis. Sicut enim dicit philosophus. qui cognoscit unum relatiuorum cognoscit et reliquum. Et sic cum tota frui origine ex visione ut dictum est. quod frui uno relatiuorum in quantum homini. fruitur et reliquo. prima ratio melior.

Quorum sit frui §. ij. **¶** Ante deo secundum b. thomam. ubi supra. Frui ponit quandam delectationem in fine. Delectatio autem non potest esse nisi in cognoscere: et ideo creature insensibiles non cognoscant. non delectantur nec fruuntur. Quis enim omne desiderium sequatur cognitionem desiderium tamen creature insensibilis. quod est ei inclinatio naturalis non sequitur cognitionem in ipsa existentem secundum cognitionem primi motoris. Item frui proprie loquendo est tamen ultimi finis. bruta autem ultimum finem non apprehendunt. nec finez primum possunt ordinare ad finem ultimum cum careant ratione cuius est ordinare. Unde non proprie fruuntur. Similiter peccator ponit ultimum finem suum in eo in quo non est. Unde cum verum finem non habeat. non frui vere. Quis enim talis aliquando faciat aliquid propter deum. tamen quia aliquid diligit habitualiter supra deum. et si non actu semper. ideo non fruitur deo: sed illo ad quod omnia ordinat. pecuniam videlicet. gloriam venereaz delectationem et homini. Alterius frui dicit delectationem in fine. Unde perfecta frui non est nisi perfecta delectatio. que esse non potest ante consecutionem finis. Unde iustus homo in mundo non perfecte fruitur. Sed sancti in patria vere et proprie et perfecte fruuntur. Magi

ster in. ij. sententia. bis. j. Fecit deus rationalem creaturam. ut summum bonum intelligeret. intelligendo amaret. amando possideret. possidendo fruere. Deus autem perfectissime seipso frui. An gregorius dicit. quod deus gloriosus est. quod dum se ipso frui. accedens laudis indiges non est.

¶ Capitulum sextum. De intentione que est tercius actus voluntatis.

De intentione que est tercius actus voluntatis a voluntate. Hanc christus vocat oculum dicens Luce. xj. et Matthei. vj. Si oculus tuus fuerit simplex. id est intentio recta. totum corpus tuum. id est opus inde sequens lucidum erit. Quis autem oculus sit instrumentum visive potentie. que est apprehensiva potentia. non tamen intentio est actus intellectus: sed voluntatis. Dicitur autem oculus intentio: quia cognitionem presupponit per quam proponitur voluntati finis ad quem mouet. Sicut oculo prouidemus quo tendere debeamus. thomam. Quod autem intentio sit actus voluntatis b. thomam. prima secunda. q. xij. sic declarat articulo. j. Intentio sicut ipsum nomen sonat. signat in aliquid tendere. In aliquid autem tendit. et actio mouens et motus mobilis. Sed quod motus mobilis in aliquid tendat. ab actione mouentis procedit. Unde intentio primo et principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem. Unde dicimus architectorem suo imperio mouere ad id quod ipse intendit. Et idem est in omni precipiente aliquid. Voluntas autem est que mouet omnes alias vires anime ad finez. Et sic patet. quod intentio est actus voluntatis proprie. Est autem proprie et principaliter intendere secundum b. thomam. prima secunda. q. xij. articulo. iij. Intendere finem putatur. scilicet ordinat motum alicuius vel alterius in finem. Ordinare autem aliquid in finem. est actus rationis tamen. et quia bruta ratione carent. ideo non proprie dicuntur intendere seu habere intentionem. Sed large sumendo intendere. secundum quod id quod mouetur ad finem ab alio dicitur intendere finem. sicut natura dicitur intendere finem quasi mota ad suum finem a deo. sicut sagitta a sagittante. Et sic bruta intendunt finem. in quantum mouentur: instinctu quodam naturali ab aliquid. Non quod considerent. quod per motum suum possint consequi finem. quod est proprie intendere. Sed quasi concupiscentes finem. naturali instinctu mouentur ad finem quasi ab alio mota. sicut et cetera que naturaliter mouentur. Intentio autem non solum est ultimi finis: sed et aliorum finium. Cum enim ultimus finis humanarum voluntatum sit beatitudo. et per consequens unum finis. Si intentio esset tamen ultimi finis. non essent diuerse homi-

num intentiones quod patet esse falsum. Pro cuius declaratio dicit b. tho. prima scde q. xij. arti. ij. q. intentio respicit finem. fm q. est terminus motus respectu voluntatis. In motu autem potest accipi terminus dupliciter. Uno modo terminus ultimus in q. quiescitur. qui est terminus totius motus. Alio modo medium quod est principiu vni us ptis motus: et terminus vel finis alterius. sicut motus de quo itur de a. in. c. per b. C. est terminus ultimus. b. aut est terminus sed non ultimus. et vtriusq. potest esse intentio. Unde et si intentio semper sit finis. non tamen oportet q. semper sit ultimus finis.

Intentio etiam potest esse plurius simul. Quod sic declarat b. tho. ubi supra. arti. iij. Aliqua duo pnt accipi dupliciter vel ordinata adinuicem. v. adinuicem non ordinata. Et si quidem fuerint adinuicem ordinata: manifestum est q. homo potest simul plura intendere. Est enim intentio non solum finis ultimi: sed etiam finis medij vt dictum est. Simul autem intendit aliquis in finem ultimū et proximum sicut confectionem medicine. Si aut accipiantur duo vt non ordinata adinuicem. Sic etiam potest homo plura intendere. Quod patet ex hoc q. homo vnū alteri pelligit quod melius est. Inter alias autē conditiones quibus vnus aliquid melius est quia valet ad plura. Unde potest aliquid p eligi alteri. ex eo q. valet ad plura. Et sic patet manifeste q. homo plura intendit. Quod autem Aug⁹ dicit. q. homo non potest simul teum et corporale comodum intendere. intelligitur vt ultimos fines: quia nō possūt esse hominis plures ultimi fines.

Intentio finis et voluntas eius quod est ad finem aliquo modo est vnus et idem motus. Aliquo modo nō. Quod sic declarat b. tho. ubi supra. arti. iij. Motus voluntatis in finem et in id quod est ad finem. potest considerari dupliciter. Uno modo fm q. voluntas fertur in vtrūq. absolute et fm se. et sic simpliciter sunt duo motus voluntatis in vtrūq. Alio modo potest considerari fm q. voluntas fertur in id quod est ad finem ppter finem. Et sic vnus et idem subiecto motus voluntatis est tendens in finem et ad id quod est ad finem. Cum em̄ dico volo medicinam ppter sanitatem. non designo nisi vnum motum voluntatis. cuius ratio est. quia finis est ratio volendi ea que sunt ad finem. Item aut actus cadit sup obiecto. et super ratione obiecti: sicut eadem est visio coloris et luminis. et est simile de intellectu. qui si absolute consideret principium et conclusionem. diuersa erit consideratio vtriusq. In hoc autem q. conclusioni propter principia assentit: est vnus actus intellectus tm̄. In hoc autē dif-

fert ab electione. quia inq̄tum motus voluntatis. fertur in id quod est ad finem. prout ordinatur ad finem est electio. Motus autem voluntatis qui fertur in finem. prout acquiri p ea que sunt ad finem. vocat̄ intentio. Cuius signum est. q. intentio finis esse potest. etiam non duz determinatis his que sunt ad finem quoz est electio.

De intentione loquitur .S. j.

ps. cxviii. docēs nos suo exemplo ea rectificare dicens. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatōnes tuas in eternū: ppter retributionem. Intentio siquidē vt ait ambrō. Operi tuo nomē imponit. Nam cuius finis bonus est. eius quoq. opus bonū est. et econtra fm p̄m. Unde saluator ait Luce. xj. Si oculus tuus fuerit simplex. totū corpus tuū lucidū erit. Oculū intentio dicit̄. qui respicit finem seu ea que sunt ad finem respectu finis. Simplex autē dicit̄ cum solū intendit ultimū finem sine duplicitate vel alia mixtura. et tūc totum corpus. i. congeries operum inde sequētium lucidū est. i. gratiosum. Quatuor autē requirūt ad hoc vt ocul⁹ sit simplex et rect⁹. i. intentio que notant̄ in p̄dicto versu ps.

Et primū est q. ipa intentio sit separata. ab arrogatione. ibi. inclinaui cor meum.

Secūm est q. sit sequestrata a deceptione. ibi. ad faciēdas iustificatōnes tuas.

Tertū q. sit imaculata sine mortali infectione. ibi. in eternum.

Quartū q. sit determinata in pfecta felicitatione. ibi. ppter retributionem.

sit et in quo differat ab electione. Et quantum ad primum sciendum secundum b. Tho. ubi supra. arti. iij. q. consensus est tantum de his que sunt ad finem. quod sic declarat. Consensus nominat applicationem appetitui motus ad aliquid persistens in potestate applicantis. In ordine autem agibilium. Primo quidem oportet sumere apprehensionem finis. deinde appetitum finis. deinde consilium de his que sunt ad finem. deinde appetitus eorum que sunt ad finem. appetitus autem in ultimum finem intendit naturaliter. Unde applicatio motus appetitui in finem apprehensum. non habet rationem consensus sed simplicis voluntatis. Ea autem que sunt post ultimum finem. in quantum sunt ad finem: sub consilio cadunt. et sic de eis potest esse consensus. in quantum motus appetitui applicatur ad id quod ex consilio iudicatum est. Motus autem appetitui in finem non applicatur consilio. sed magis consilium ipsi. quia consilium presupponit appetitum finis. Sed appetitus eorum que sunt ad finem presupponit determinationem consilij. Et ideo applicatio appetitui motus ad determinationem consilij proprie est consensus. Unde cum consilium non sit nisi de his que sunt ad finem. consensus etiam proprie loquendo. non est nisi de his que sunt ad finem.

Differat autem ab electione consensus secundum b. Tho. ubi supra. eo. q. electio addit supra consensum quandam relationem. respectu eius cui aliquid prelegitur. et ideo post consensum adhuc remanet electio. Potest enim contingere quod per consilium plura inveniuntur ducentia in finem. quorum quodlibet placet. in quolibet eorum consentitur. Sed ex multis que placent. unum preaccipimus eligendo. Sed si inveniatur unum solum quod placeat. non differat re consensus et electio. sed ratione tantum. ut consensus dicatur secundum quod placet ad agendum. electio autem secundum quod preferitur his que non placent. Unde et damascenus dicit. quod post dispositionem quam vocauerat prius sententiam. i. consensum: fit electio.

Consensus ad agenda semper pertinet ad rationem. quod sic probat. b. Tho. ubi supra. arti. iij. Finalis sententia semper pertinet ad eum qui superior est ad quem pertinet iudicare de alijs. Et diu enim iudicandum restat quod proponitur. nondum datur finalis sententia. Manifestum est autem quod superior ratio est. que habet de omnibus iudicare. quia de sensibilibus per rationem iudicamus inferiorem. de his vero que ad rationes humanas pertinent. iudicamus secundum rationes diuinas que pertinent ad rationem super-

riorem. Et ideo quantum diu incertum est. an secundum rationes diuinas res ita agatur vel non. nullum iudicium rationis habet rationem finalis sententie. Finalis autem sententia de agendis est consensus in actum. Et ideo consensus in actum pertinet ad superiorem rationem secundum tamen quod in ratione includitur voluntas ut dictum est supra. Notandum etiam secundum b. Tho. ubi supra. quod consensus in delectationem operis pertinet ad superiorem rationem. sicut et consensus in opus. Sed consensus in delectationem cogitationis. pertinet ad rationem inferiorem. sicut ad ipsam pertinet cogitare. Et tamen de hoc ipso quod est cogitare vel non cogitare. in quantum consideratur ut actio quedam: habet iudicium superioris ratio. et similiter de delectatione consequente. Sed in quantum accipitur ut ad actionem aliam ordinatum: puta ad consensum in opus. sic pertinet ad inferiorem rationem. Et sic intelligitur quod dicit Augustinus super Genesim. quod consensus in delectationem pertinet ad inferiorem rationem. Tamen ratio superior dicitur sentire. non solum quia secundum rationes eternas semper moueat ad agendum sed etiam quia secundum rationes eternas. non dissentit cum debet. Et de iudicium secundum rationes eternas seu diuinas. quod illud tale est secundum vel contra legem diuinam seu mandata dei.

De consensu qui est §. 2.

actus voluntatis inquit psalmista. In domo dei ambulauimus cum consensu psalmista. Et ad hoc exhortabatur christus: dicens. Esto sentiens aduersario tuo dum es in via cum eo. Aduersarius iste secundum expositionem doctorum est primo diuinus. qui dicitur aduersarius. quia aduersatur sensualitati ex concupiscentijs nostris. reprehendendo vitia. Cui tunc consentimus. cum ei obedimus. et sic a carcere infernali liberamur. Hoc autem facientes sancti dicere possunt verbum psalmista. In domo dei ambulauimus cum consensu. Ubi tria possunt annotari.

Primum est motus humane rationis. ibi. ambulauimus. Secundum est locus? debite motus. ibi. in domo. Tertium est modus perfecte actionis. ibi. cum consensu. Etiam ad primum dicit saluator. Io. xv. Posui vos ut eatis. Unde tota vita nostra est quoddam iter. Terminus huius itineris est duplex. videlicet hierusalem celestis sursum. que libera est ab omni miseria. et babilon que deorsum est. scilicet infernus. plenus omni miseria. Ad alteram istarum ambulamus motibus seu actibus rationis. Unde pueri qui non habent usum rationis versus neutram ambulantes. et qui morientes in tali statu baptizati et veniunt ad supernam hierusalem. hoc non est ex aliquibus actibus eorum. sed superabundans meritum christi passionis. quod in baptismo erga eos operatur. Insuper et habentes usum rationis. cum dormiunt ad neutram civitatem seu locum pene-

vel glorie tendunt. quia ligatus tunc est in eis usus rationis. nec tunc merentur vel demerentur. Sed cum quis ratione utitur. si ad malum utitur vel uti potest. si ad malum utitur ea: ambulat versus infernum. Juxta illud Sophonie. i. Ambulabunt ut ceci. quia domino peccauerunt. Ceci autem ambulando in fornem cadunt. et sic peccatores in infernum. Si autem quis ratione utitur ad bonum. versus supernam hierusalem ambulat per viam caritatis. ad quod hortabatur apostolus: dicens. Ambulate in dilectione. ad Ephe. v. ¶ Locus debiti motus rationis humane est ecclesia militans. Unde dicit ps. In domo dei put declarat hiero. xxiii. q. j. omnino consideratis. Et quod domum tuam decet sanctitudo ait ps ad dominum. ideo extra istam domum sunt numero et merito omnes infideles. merito autem extra ipsam sunt mali christiani. Unde dicit Hiero. de peni. di. j. quod ecclesia non est habens maculam neque rugam. maculam. scilicet iniquitatis. rugam infidelitatis. Et ideo qui est aliqua sorte peccati pollutus. de ecclesia dici non potest. Talis ergo non ambulat in domo dei. sed in domo diaboli. id est in imitatione malicie eius. in qua quiescit et demum in inferno. ut dicere valeat. Infernus domus mea est Job. xvij. ¶ Quartum ad tertium sciendum quod perfecta actio hominis unde meritum et premium acquirit: est consensus in bonum. de quo loquitur ps hic cum dicit. Ambulavimus in domo dei cum consensu. Sed sciendum quod est triplex consensus bonus. excludens triplicem malum consensusum. Primus est intelligentie et voluntatis. Secundus sententie veritatis. Tertius est modestie conformitatis. ¶ Primus igitur consensus est. quando intellectus et voluntas conveniunt in unum. ut videlicet quod intelligit intelligentia per fidem: voluntas illud velit operari per amorem. Unde Augustinus dicit. quod credere est cum assentione cogitare. Cogitare est actus intelligentie sue rationis. et assentire actus voluntatis. Et hec duo sunt tanquam vir et uxor. Intelligentia uxor est que materia ministrat generationis filiorum id est productionis bonorum operum. Affectus autem tanquam vir formam prestat. et complementum operum ipsorum in directionem. De coniugio spiritali intelligi potest illud Eccli. q. dicit. Beneplacitum esse spiritui suo et probatum coram deo et hominibus. scilicet vir et mulier sibi consentientes Eccli. xv. Et de his etiam illud exponitur Math. xviii. Si duo ex vobis consenserint super terram. de omni re quam petierint: fiet eis. Et iste est bonus consensus. in quo ambulant qui sunt in domo dei. id est ecclesia. excludens malorum consensusum qui fit a suggestionem diaboli. de quo Thobie. iij. dicitur. Elite ne aliquando peccato consentias. Unde et Augustinus dicit de pe. di. ij. sicut.

quod prima differentia peccati mortalis est cum in corde consentitur libidini. id est delectationi cuiuscumque peccati mortalis. Quod figuratum est secundum ipsum in puella mortua. sed adhuc in domo retenta Math. ix. ¶ Secundus consensus bonus. est sentire sententie veritatis determinate per ecclesiam. nec discrepare a communi sententia doctorum. etsi aliquando proprio intellectui aliud videatur. Unde apostolus ad Ro. xij. Non alta sapientes sed humilibus sentientes. Non solum humilibus sentientes sed etiam humilibus verbis et sententiis. nisi intellectus clare non videat. Cum isto consensu ambulaverunt omnes qui in domo dei. scilicet ecclesie habitaverunt. Nam et doctores ut Hiero. Augustinus. et alij. nisi in aliquibus diversa sentierint et contraria. non tamen illa erant ad fidem pertinentia. vel mores necessarios ad salutem. In huiusmodi enim ambulaverunt cum consensu. si bene intelligatur verba eorum. quibus aliquando videantur dissentire. Et hic consensus bonus excludit consensusum hereticorum. qui conveniunt in errore contra veritatem fidei ecclesiastice. Sicut et Paulus ante conversionem consentiebat iudeis persecutoribus fideles dicens Act. xxij. Ego consentiebam et custodiebam vestimenta. scilicet lapidantium Stephanum. Et hi infideles figurantur per vulpes sampsonis que sunt animalia multum maliciose. habentes caudas colligatas in similes. sed facies contrarias sibi. Sic heretici in materia erroris sui dissentiunt. et aliquando manifeste contrarii sunt. Sed in cauda. id est in conclusionem sue doctrine consentiunt et uniti sunt. in recedendo a veritate fidei. ¶ Tertius consensus bonus est conformitatis in moralibus. Unde ps ad dominum loquens: ait. Habitare facies unanimes in domo. Consentunt enim qui ambulant in domo dei in vivendo uniformiter. quartum ad ea que sunt necessaria ad salutem: evitando peccata. Et hic bonus consensus excludit consensusum iniquorum. de quibus apostolus ad Ro. j. Digni sunt morte non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Et. ij. q. j. notum. dicitur. Facientem et consentientem par pena stringit. ¶ Consensus autem ad malum alterius potest intelligi tripliciter. Primo auctoritative. cum scilicet aliquis prestat auctoritatem et defensionem malefacienti. et hic quanto gravius peccat tanto maiori debet pena constringi. Unde. xj. q. iij. dicit Hiero. Qui sentit peccantibus et defendit alium delinquentem: maledictus erit apud deum et homines. et acrius coarceatur quam qui peccavit. Secundo sentit quis cooperative. De quo sensu dicit Hiero. ea. q. Si quis alterius errori consentit: sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum Tertio modo sentit quis neglective. id est ne-

gligit corrigere delinquentē cum debet. **En-**
de ait dñs. **Recedite et exite inde. et imundū**
ne tetigeritis Isa. liij. **Sup** quibz verbis dicit
Aug. Hoc est inde exire et imundum nō tā-
gere. voluntate non p̄sentire. et ore non pec-
care. xxij. q. iij. **recedite** Nam fm re. iur. in
vj. Qui tacet cōsentire videtur. cum. s. potest
et debet reprehēdere. **Dic** tamē minori pena
p̄stringitur q̄ peccans.

Capitulum decimū. De impio volūtatis.

Denum videndum est
de actio impatis a voluntate.
Ubi primo sciendū. q̄ impare ē
actus rōnis. p̄supposito tamen
actu volūtatis fm. b. Tho. p̄ma scde. q. xvij.
Unde et p̄h̄s dicit. q̄ appetitiuū obedit rō-
ni. ex quo sequit̄ q̄ rōnis est impare. Est
autem actus rōnis impare essentialit̄. Im-
perans enī ordinat eum cui imperat. ad ali-
quid agendū intimādo vel denūciando. Sic
aī ordiāre p̄ mobū cuiusdā intimatōnis est
rōnis. Sed ratio p̄t aliquid intimare dupli-
citer. Uno modo absolute. que quidem inti-
matio exprimitur per verbū indicatiuū mobi
Sicut si aliquis alicui dicat hoc tibi facien-
dum est. Secundo modo rōnō intimat aliq̄d
alicui mouendo ip̄m ad hoc. Et talis intima-
tio exprimitur per verbum impatiuū modi:
puta cū alicui dicitur. **Fac hoc.** Primū aut̄
mouens in viribz anime ad exercitiū actus
est voluntas. ut supradictū est. Cum igit̄ se-
cundum mouens nō moueat nisi in virtute
primi mouentis. sequitur q̄ ip̄m quod ratio
mouet imperando: fit ei ex virtute volunta-
tis. Ante relinquit̄ q̄ impare sit actus rō-
nis p̄supposito actu volūtatis. in cuius vir-
tute rōnō mouet per imperiū ad exercitiū
actus. **Et nota** scdm. b. Tho. ubi supra. q̄
radix libertatis est voluntas. sicut subiectū
Sed ratio sicut causa est libertatis. Ex hoc
enim voluntas potest libere ad diuersa fer-
ri. quia rōnō potest habere diuersas p̄ceptō-
nes boni. Et ideo philosophi diffiniēunt li-
berum arbitriū q̄ est liberum de rōnō inbi-
tium. q̄i ratio sit causa libertatis. Ex his se-
quitur q̄ imperare p̄prie non conuenit bru-
tis. Nam nihil aliud est imperare (ut dictum
est) q̄ ordinare aliquem ad aliquid agendū.
Ordinare aut̄ est actus p̄prie rōnis. qua
carēt animalia bruta. Et q̄uis per imperiū
fiat impetus ad opus. non tamen p̄ hoc bru-
ta dici possunt habere imperiū. quia habēt
impetum ad opus. nam homines faciunt im-
petū ad opus per ordinatōnem rōnis. vn-
de in eis talis impetus habet rōnōnem impe-
rii. Sed bruta hoc faciunt ex instinctu natu-
re. quia statim appetitus eorum apprehenso

p̄uenienti vel incōuenienti: naturaliter mo-
uentur ad p̄secutōnem vel fugam.

Imperiū precedit **S. ij.**
vsum et est vnus actus tm̄. Quod sic probat
b. tho. ubi sup̄. arti. iij. **V**sus eius quod ē ad
finē fm q̄ est in rōnō referentē ip̄m in finē
precedit electionem ut supradictū est. Unde
multo magis p̄cedit impium. Sed vsus eius
quod est ad finē. fm q̄ subditur potentie exe-
cutiue: sequitur impium. eo q̄ vsus v̄tentis
p̄iunctus est cum actu eius quo q̄s v̄tē. Non
enī v̄ticitur aliquis baculo anteq̄ aliquo mō
opetur p̄ baculum. Impium aut̄ non ē siml̄
cum actu eius cui impatur. S̄ naturaliter
prius est impium q̄ imperio obediā. et ali-
quādo etiam ē prius t̄p̄e. Et sic patet q̄ im-
perium est prius q̄ vsus. **Ante Damascen⁹**
dicit. q̄ impetus ad opus qd̄ fit per imperiū
p̄cedit vsum. **Post** determinatōnem enim
p̄siliij que est iuditiū rōnis: volūtas eligit.
et post electōnem ratio impat ei per qd̄ agē-
dum est quod eligit. et tunc de mō volūtas
alicuius incipit vti exequendo impium rō-
nis. q̄nq̄ quidem voluntas alterius cui al-
quis imperat alteri. quandoq̄ aut̄ voluntas
ip̄ius impantis cum aliquis imperat sibi p̄
Est aut̄ imperium vnus actus cū actu impe-
rati. Nihil enī prohibet (ut dicit. b. Tho. ubi
sup̄. ar. i. iij.) aliq̄ esse fm qd̄ multa et fm qd̄
vnū. Sicut aut̄ in genere rez̄ naturaliuū. ali-
quod totum p̄ponitur ex materia et forma.
ut homo ex anima et corpore. qui est vnus
ens naturale. licet habeat multitudinē par-
tium. Ita etiam in hūanis actio. actus in-
ferioris potētie materialit̄ se habet ad actū
superioris. inq̄tum inferior potētia agit in
virtute superioris mouentis ip̄m. **Forma-**
liter se habet ad actum instrumētī. Et sic pa-
tet q̄ imperium et actus impatus sunt vnus
actus humanus sicut quoddāz totum. s̄ est
multa fm partes. Quā enim vna potentia est
mouens alterā. tunc actus eaz̄ sunt quodā-
modo vnus. Nam idem est actus mouentis et
moti fm philosophum.

Extenditur aut̄ istud **S. ij.**
impium ad actū volūtatis. ad actus rōnis.
ad actū appetitus sensitiui. et ad mēbra cor-
poris. Non aut̄ ad actus aīe vegetabilis. Et
ō singulis horz̄ videndū. Et q̄ actus volū-
tatis sit impatus. p̄bat sic. b. tho. ubi sup̄. ar-
ti. v. **O**mne qd̄ est in p̄tate n̄a subiacet impe-
rio n̄o. Sed actus volūtatis sunt maxime
in p̄tate n̄a. Nam om̄es actus n̄i intantū
dicūtur esse in potestate nostra. inquantum
sunt voluntarij. **Ante** sequitur. q̄ actus vo-
lūtatis imperētur a nobis. **Patet** idēz̄ etiā
ex hoc. quia (ut dictū est) impium nihil est
aliud q̄ actus rōnis ordinantis cum quodā

motione a aliquid agendum. Manifestum
 est autem. quod ratio potest ordinare de actu vo-
 luntatis. Sicut enim potest iudicare quod bonum
 est aliquid velle. ita potest ordinare in ope-
 ratione quod homo velit. Et sic patet. quod actus vo-
 luntatis potest esse impetus. Et ut dicit Au-
 gustinus. cum animus perfecte imperat sibi
 ut velit. tunc iam vult. Sed quod aliquando im-
 perat et non velit hoc contingit ex hoc quod non
 perfecte imperat. Imperfectum autem impe-
 rium contingit ex hoc. quod ratio ex diuersis par-
 tibus mouetur ad imperandum vel non im-
 perandum. unde fluctuat inter duo et non per-
 fecte imperat. Item sicut in membris cor-
 poralibus quolibet membrum operatur. non
 sibi soli sed toti corpori. sicut oculus videt to-
 tum corpori. Ita in potentibus anime. Nam in-
 tellectus intelligit non solum sibi sed omnibus
 potentibus. et voluntas vult non solum sibi sed
 omnibus potentibus. et ita homo imperat sibi
 actum voluntatis. in quantum est intelligens et
 volens. Item cum imperium sit actus ratio-
 nis ille actus imperatur qui subditur ratio-
 ni. primus autem voluntatis actus non est
 ex ordinatione rationis sed ex instinctu supe-
 rioris cause. et ideo non oportet quod eat in in-
 finitum. Imperatur etiam actus rationis
 Dicit enim Damascenus. quod homo libero ar-
 bitrio. exquirat. scrutatur. iudicat et dispo-
 nit. Et hi sunt actus rationis. Pro cuius de-
 claratione dicit. b Tho. ubi supra. arti. vi. quod
 quia ratio supra seipam reflectitur sicut or-
 dinat de actibus aliarum potentiarum. ita etiam or-
 dinare potest de actu suo. Unde et actus suus
 potest etiam esse impetus. Sed attendendum
 quod actus rationis potest considerari tripliciter
 Uno modo quantum ad exercitium actus. et sic
 actus rationis semper impari potest. sicut cum
 indicitur alicui quod intendat et ratione utatur.
 Alio modo quantum ad obiectum respectu cuius
 duo actus rationis attenduntur. Primo quidem
 ut veritatem circa aliquid apprehendat. et hoc
 non est in potestate nostra. Hoc enim contingit
 per virtutem alicuius luminis naturalis vel su-
 pernaturalis. Et ideo quantum ad hoc actus ra-
 tionis non est in potestate nostra nec impari potest
 Alius autem actus rationis est dum his que ap-
 prehendit: assentit. Si igitur sint talia apprehen-
 sionibus quibus naturaliter intellectus assentiat.
 sicut prima principia. assensus talium vel dis-
 sensus non est in potestate nostra. sed in ordi-
 ne nature. et ideo proprie loquendo nec impio
 subiacent. Sunt autem quedam alia apprehen-
 sionibus. que non ita vincunt intellectum. quin
 possit dissentire vel assentire. vel saltem assen-
 sum vel dissensum suspendere. propter aliquam
 causam. Et in talibus assensus ipse et dissensus
 in potestate nostra cadit et sub imperio est.
 Imperatur etiam appetitus sensitivus et sub-

tacet imperio rationis sed non totaliter. Quod
 sic declarat. b Tho. ubi supra. arti. vii. Appeti-
 tus sensitivus in hoc differt ab appetitu in-
 tellectivo qui dicitur voluntas. quia appeti-
 tus sensitivus est virtus organi corporalis. non
 autem voluntas. Omnis autem actus virtutis
 utentis organo corporali. dependet non solum
 ex potentia anime. sed etiam ex corporali or-
 gani dispositione. Sicut visio ex potentia visi-
 ua et qualitate oculi. per quam iuuatur vel im-
 peditur. Unde actus appetitus sensitivi. non
 solum dependet ex vi appetitiva. sed etiam ex
 dispositione corporis. Illud autem quod est
 ex parte potentie anime. sequitur apprehen-
 sionem. Apprehensio autem imaginacionis cum
 sit particularis. regulatur ab apprehensione
 rationis que est vniuersalis. sicut virtus acti-
 ua particularis. a virtute actiua vniuersali.
 Et ideo ex ista parte actus appetitus sensiti-
 ui. subiacet rationis imperio. Qualitas autem
 et dispositio corporis. non subiacet imperio
 rationis. et ideo ex hac parte impeditur. ne
 appetitus sensitivi motus subdatur totaliter
 imperio rationis. Contingit etiam quandoque
 quod motus appetitus sensitivi subito concitatur
 ad apprehensionem imaginacionis vel sensus.
 et tunc ille motus est preter imperium ratio-
 nis. quod potuisset impediri a ratione si pre-
 uidisset. Unde et philosophus dicit in primo politi-
 ce. quod ratio preest concupiscibili et irascibili
 non principatu disponente qui est ad liberos.
 qui non totaliter subduntur imperio. Et propter
 hoc dicit Augustinus R. o. vii. Non enim quod vo-
 lo bonum hoc ago. quia. scilicet. vult non concu-
 piscere. et tamen concupiscit. Solummodo quo ad
 primos motus. quod provenit ex dispositio-
 ne corporis per quam impeditur appetitus
 sensitivus. ne totaliter imperium rationis se-
 quatur. Contingit etiam hoc propter subitum
 motum concupiscentie. Actus autem ani-
 me vegetabilis ut digestio. formatio corpo-
 ris per generationem et huiusmodi. nullo modo
 subiunguntur imperio rationis. Quod sic pro-
 bat. b Tho. ubi supra. arti. viii. Ratio impe-
 rat per modum apprehensivae virtutis. Cum au-
 tem omne agens aliquo modo appetat fines.
 appetitus naturalis non sequitur aliquam ap-
 prehensionem sicut appetitus animalis aut in-
 tellectivus. Et ideo illi actus qui procedunt
 ab appetitu animali vel intellectivo: possunt
 a ratione impari. Non autem illi qui procedunt ab
 appetitu naturali. Huiusmodi autem sunt actus
 anime vegetabilis. Unde Gregorius nicensis di-
 cit. quod vocatur naturale. quod est generativum
 et nutritivum. et huiusmodi non persuadetur a
 ratione. Imperio rationis mouentur membra
 corporis ad actus suos. nisi cor et membrum
 genitale. Quod sic declarat. b Tho. ubi supra. ar-
 ti. ix. Membra corporis sunt organa quedam

potentia anime. Ante eo modo quo se hñt
 potentie anime. ad hoc q̄ obediunt rationi.
 hoc modo se habent q̄ membra corpis. Quia
 igitur vires sensitivæ subduntur imperio ra-
 tionis nō autem vires naturales. Ideo om-
 nes motus membrorum que movētur a poten-
 tijs sensitivis: subduntur imperio rationis.
 Motus autē membrorum qui p̄sequuntur vires
 naturales non subduntur imperio rationis.
 Et nota q̄ sicut in his que ad intellectum
 et voluntatem pertinent. primū inveniē ibi
 quod est s̄m naturam. ex quo alia derivant.
 sicut a p̄gnitione principiorū naturaliter no-
 torum. p̄gnitio cōclusionum. et a voluntate
 finis naturaliter desiderati: derivant electio
 eorum que sunt ad finem. Ita in motibus corpa-
 libus p̄ncipiū ē s̄m naturā p̄ncipiū autē corpal-
 morū ē a motu cordis. vñ motus cordis corpal-
 ē s̄m naturā n̄ s̄m volūtate. An Greg. nice-
 n̄ dicit. q̄ sic generatiuū q̄ nutritiuū n̄ obe-
 dit rōni. ita nec pulsatiuū qd̄ ē vitale. Pul-
 satiū autē appellat motū cordis q̄ manifesta-
 tur per venas pulsatiles. De membro ge-
 nitali dicit Aug. in. xij. de civi. dei. q̄ hoc mē-
 brum non obediunt rōni. quia motus in eo
 insurgunt etiam nolente homine: est ex pe-
 na peccati. ut. s. aīa sue inobedientie ab deo
 penam patiat. per quod peccatum origi-
 nale ad posteros transmittitur. Sed p̄ba in
 libro de causa motus animalium assignat cau-
 sam naturalem. quia ista duo mēbra. s. cor q̄
 pudendum. non subiacent impio rōnis. ex eo
 videlicet. q̄ utriusq̄ horū est quasi quoddam
 animal sepatum. inq̄tum est p̄ncipiū vite.
 P̄ncipiū autē est virtute totū. Cor em̄ p̄n-
 cipiū est sensuū. Et ex membro genitali exit
 virtus seminalis. q̄ est virtute totum aīal. et
 id hñt p̄rios motus naturaliter. q̄ p̄ncipia
 oportet esse naturalia. ut dictū est supra.
Da imperiū tuū pue .§. iij.
 ro tuo ps. Loquit̄ p̄beta ad dñm orans. Et
 p̄t intelligi de triplici imperio.
 Primū est impium diuinale q̄ reuerendū.
 Secundū est impium tpale et discernendū.
 Tertiuū est impium infnale et custodiendū.
 Primum imperium absolute est domini
 dei cui subiacent omnia. Ante Machabeus
 in oratōe dicebat Iester. xij. Dñe deus om-
 nipotens in ditōne tua cuncta sunt posita. q̄
 non est qui possit resistere voluntati tue. Et
 Aug. Nihil in mundo fit q̄ de illa aula cele-
 stis et eterni impatoris non egrediatur. o-
 perative. s. vel promissive. Nec tamen aliq̄
 mali permittet eueire in vniuerso. nisi ex
 illo malo omnipotentia et bonitas sua elice-
 ret maius bonum. Sicut ex crudelitate ti-
 rannorum et rabie infidelium. elicitur potētia
 et coronatio martirum. Et ex errore heretico-
 rum doctrina rabiosa doctorum. Ante autē

q̄ deus ipse carni nostre esset vnitus multū
 rigide exercebat imperium. tanq̄ spiritus q̄
 est aduersus carnē ipsi non parcēs. Non p̄-
 manebit inquit spiritus meus in homine in
 eternum quia caro est Gen. vi. Ante et dilu-
 uio deleuit omnem carnē exceptis reserua-
 tis in archa. Sodomitas in igne cōsumpsit.
 Israhelitas p̄stravit in bēmo. Iudeos in ba-
 bilonia captiuauit. Propter quod dicebat
 deus vlciscens dñs et habens furorē vlciscēs
 dñs in hostes suos. et irascens inimicis suis
 Naum. i. Sed postq̄ vnitus est carni nostre
 per incarnatōem. ex his que passus est: di-
 dicit cōpati infirmitatibus nostris. Et hoc est
 quod p̄beta petit cum dicit. Da imperium
 pueo tuo. Hoc est petere incarnari. ut ipse
 mitius incarnatus agat et clementius erga
 genus humanum. Nam subito ab initio sue
 p̄ceptōnis datum est sibi imperiū vniuersū.
 ut in nomine eius omne genu flectat. Mul-
 tiplicabit̄ eius imperium inquit ysaias. ix.
 c. de ipso xp̄o loquens pueo nato in mundo.
 Et ipse post resurrectionem dixit discipulis.
 Data ē mihi om̄is potestas in celo q̄ in ter-
 ra Mat. vi. Non q̄ tunc fuerit sibi data d̄
 nouo sed tūc cepit manifestari potestas da-
 ta ut dicit magister in. iij. sentētiar. Et tū
 ad secundū imperium large sumpto isto vo-
 cabulo. importat quoddam dominiū quod
 quis habet sup̄ aliquem vel aliquos. ex quo
 potest ip̄s aliquid impare seu precipe et illi
 tenent̄ obedire. Et sic pater habet imperiū
 sup̄ filios ut ei in licitis debeant obedire. An
 dicitur Deutro. xxi. Si genuerit homo filiū
 p̄tumacem q̄ p̄teruū. qui non audiat patris
 vel matris imperium. q̄ cohercitus obedire
 cōtempserit. accusatus ab eis senioribus ciui-
 tatis. de sua inobedientia et inordinata vita
 lapidari iubetur a populo. Sic et maritus
 imperium habet sup̄ uxorem. precipue circa
 gubernatōem domus. Et ideo quia vasti re-
 gina vxor assueri regis a r̄ge vocata noluit
 venire ad p̄uuiū suum: de p̄silio sapientum
 suorū repudiata fuit. et regno p̄uata. qui
 hoc p̄sulerunt ista d̄ causa. ne p̄iuges per-
 sap̄ atq̄ metorum quipenderent imperia ma-
 ritorum Iester. i. Domini q̄ tpales sibi subdi-
 tis imperant. Iuxta illud puer. viij. Per me
 reges imperāt. Et multo magis reges in re-
 gnis suis. Unde dixerūt decem trib: roboaz
 filio salomonis. regnū suscipienti post mor-
 tē patris. Imminue de regno patris tui du-
 rissimo q̄ d̄ iugo grauissimo quod imposuit
 nobis. et seruiemus tibi. iij. Regum. xij. Da
 certos quoq̄ imperium dicitur habere sup̄
 oues sibi cōmissas. et ille tenentur obtempe-
 rare in his que pertinent ad salutem fidelium
 seu ad necessaria ad salutem. al̄s mortem aīe
 incurrerēt. Dicitur enim Deutro. xvij. a to-
 mino. Qui sup̄bierit nolēs obedire sacerdo-

tis imperio: morietur homo ille. **A**postolus quoque titum discipulum suum episcopum admonet: dicens. **A**rgue cum omni imperio. id est auctoritate ostensa et rigiditate. **Q**uis enim ut dicit **Seneca**. melius imperat qui remissius imperat. **H**oc verum est coopando nimiam severitatem quam communiter reprobant iura divina et humana. et natura ipsa male tolerat. **P**ropter quod dicit **Crisostomus**. Melius est. id est minus malum habere deo reddere rationem de nimia misericordia. quam de nimia severitate. **xxviij. q. vij.** alligant. **N**imia tamen remissio et multum excessiva nimis solet nocere subditis. propter quod dicit **Ecclus. xliij.** Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens. **Q**ue auctoritas a quibusdam sic exponitur. Melior est severitas prelati. etsi cum aliquali excessu. quam nimia molities et remissio. ex qua subditis benefacere videatur. **A**lerum ex his imperiis nullus appellari consuevit imperator. nisi ille qui tenet monarchiam mundi. et preest omnibus in temporalibus. **E**nde **Hiero.** In apibus princeps unus est. **G**rues unam sequuntur ordine iterato. **I**mperator unus. **vij. q. j.** in apibus. **T**alis dignitas imperialis primo videtur fuisse in gente assyriorum. ut in nabuchodonosor et assuero. **D**einde in medijs et persijs. sub cyro et dario et quibusdam alijs. **E**xinde in grecijs sub alexandro magno. **D**emum in romanis quorum primus imperator **Julius cesar** fuit. **E**t sub eius successore **Octaviano** natus est **xpc.** **E**t sub **Tiberio** baptizatus et crucifixus. ut patet **Luc. iij.** **S**ed considerans prophetam quod imperatores et quicumque rectores qui non sunt servi dei. quales sunt infideles omnes. multa mala oppressiones et persecutiones cruciatu et occisiones inferunt servis dei. ut patet de imperatoribus infidelibus. **D**ioeletiano. **maximiano.** **decio.** **nerone.** et alijs paganis. **J**uliano apostata. **constantio heretico.** et alijs plurimis. ideo petit **ps.** imperium suum. id est dignitatem siue imperialem siue regalem siue qua lemunciam presidentiam dari puero suo. id est seruo suo. **E**statum est enim in scriptura servum vocare puerum. ut illud **Mathei. viij.** **P**uer meus iacet in domo palitico. quem **Lucas euangelista** appellat servum. **I**mperium autem et quecumque prelatio dicitur imperium dei. quia ut dicit **Aplus ad Ro. xij.** **O**mnis potestas a domino deo. **E**t **Dani. iij.** **S**ciat homines quia dominatur excelsus in regno hominum. et quicumque voluerit dabit illi. **E**t **Aug. i. de ci. dei.** **P**rovidentia divina: regna constituentur humana. **E**xaudita fuit oratio prophete predicta. scilicet **da** imperium puero tuo. quoniam **Constantinus** imperator factus est **xpianus** et servus dei. **E**x quo facto ecclesia dei fuit mirabiliter exaltata in temporalibus et spiritualibus.

Est autem alia dignitas .§. iij.

in ecclesia seu in orbe que antecedit dignitatem imperialem videlicet papatus. **Q**uis enim utraq; dignitas principium habuerit a **xpo** summo pontifice et summo imperatore. ut dicit **di. x.** **Q**ui inter mediator. **N**on tamen ex equo se habet et de pari iste dignitates: sed subalternatim. ita quod imperator sit sub papa. **Q**uod ostenditur ratione. similitudine. et auctoritate. **R**atione quidem. quia ut dicit **plis. xij. metha.** **E**ntia nolunt male disponi. **M**ale autem vel minus bene disponerentur. si membra ecclesie seu fideles. qui sunt nobilissima entia in mundo. per plures gubernarentur ex equo. **N**am frequenter quod uni placet alteri displiceret. **E**t quod unus statueret alius destrueret. **S**icut defaecto pluries contingit. quando eveniunt controuersie inter papam et imperatorem. **N**on autem dicendum est imperatorem esse super papam sicut nec caro super spiritum. nec tempore super spirituale. **S**ed papa est super imperatorem. **E**ntia primo. scilicet **petro** dixit **xpc.** **P**asce oves meas **Jo. vlti.** **E**t ideo si imperator ovis **xpi.** id est fidelis esse desiderat. oportet ut summo pastori regimine et imperio se subditum fateatur. **ar.** ad hoc **di. x.** suscitatus. **I**n huiusmodi signum papa confirmat et consecrat seu benedicit imperatorem. **D**icit autem **apulus ad heb. viij.** quod minor a maiori benedicitur. **I**nsuper papa imponit imperatorem cum subest causa. **S**icut **Innocentius** deposuit **fridericum.** quod non posset si maior non esset. **P**ar enim in pare non habet imperium. **dis. xxj. inferior.** **T**ranstulit quoque papa imperium de grecijs in francos. et de francijs ad **Alemanos.** ut patet **dis. lxij. adrianus.** quo ad primum. et in **c. sequenti** quo ad secundum. **E**xcommunicat quoque papa imperatorem sicut **Innocentius** papa archidiaconum imperatorem excommunicavit. **E**t **ambrosius** qui non erat papa **theodosium** magnum imperatorem ab ecclesia cum excommunicatis excludit. ut **di. xcvi. duo.** **P**robatur et hoc similitudine. **N**am et ecclesia militans imitatur inquam potest triumphantem. que sub uno principe gubernatur. scilicet deo. **S**ic et decet ecclesiam principem sub uno pontifice summo. regi et gubernari. qui tamen non dicitur imperator. sed summus pastor. seu papa. id est pater primus. ut nouerit se non quasi tyrannum dominari in clero et fidei populo. sed tanquam patrem omnium visceroso amore cunctos diligere. et posse iuuare. **C**omparantur etiam hee due dignitates soli et lune. papatus soli quod est luminare maius. et imperium lune quod est luminare minus. **S**icut ergo luna inferior est et lumen recipit a sole. **S**ic imperator inferior est papa et lumen sue potestatis suscipit ab eo. **A**uctore inter prebatur. **D**icit enim **gelasius** papa **Anastasio** imperatori scribens. **D**uo quippe sunt imperator **auguste.** quibus principaliter hic mundus regitur. aucto-

ritas sacra pontificum. et regalis potestas. in quibus tanto grauius est pondus sacerdotum quanto etiam propriis regibus in diuino rebitu sunt examine rationem. di. xvij. duo. Hinc et Ambrosius in eodem. c. Si sublimitatem episcopalem regum fulgore pares. et principum dyademati. longe erit inferius. quam si plumbi metallus ab auri fulgore pares. Quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum et exosculata eorum dextra. orationibus eorum crebatur se communi. Item Jo. papa ad honorium inquit. Si imperator catholicus est. filius est. non presul ecclesie. Quod ad religionem appetit. discere ei appetit. non docere. di. e. si imperator. Unde et de ecclesiasticis personis et rebus pertinentibus ad eum disponere. nisi persuadendo et consulendo. ad hoc di. xvij. bene quidem. Si qua autem dispo fuerunt circa ecclesiastica. intantum sunt valida inquantum ecclesia approbavit. ut. xvij. q. iij. si quis suadente. §. qui autem. Dabet tamen papa utrumque gladium. scilicet temporalem et spirituales. Spirituales quidem ut excommunicationis et huiusmodi. quem uniuersaliter ad omnes exercere valet. Temporalem autem in terris ecclesie per suos ministros exercet. In alijs autem ciuitatibus utitur in supplementum defectus. cum ad eum appellatur vel alio modo. Et in huius figuram dixerunt apostoli domino ecce gladius duo hic Luce. xxij.

Tertium imperium. s. §. v.

internale. est in quolibet. Est enim voluntas tamquam regina et imperatrix actuum aliarum potentiarum et membrorum corporis. Et in hoc differt homo a brutis. quod dominus habet actum suum. quod illa non habent. Unde Seneca. Mis tibi dem magnum imperium. Impera tibi ipse. Et hoc signatur. scilicet exercitum huius imperij rectum. in eo quod dicit cetero christo. Ego. scilicet homo sub potestate constitutus sum. habens sub me milites. et dico huic vade et vadit. et alio veni et venit. et suo meo fac hoc et facit. Abi innuit imperium voluntatis. que est sub diuino imperio. super triplex genus potentie. scilicet appetitiue cuius dicitur dico huic vade et vadit. Affectus enim voluntatis extendit se ad rem volitam seu amatam. Secundo apprehensiuue siue interioris siue exterioris. quod notatur cuius dicitur. et alio veni et venit. Per hoc enim quis intelligit. cum similitudo rei venit seu recipit in ipso sensu vel intellectu. Tertio executiue siue motiue in eo quod dicitur. seruo meo fac hoc et facit. Seruus noster est corpus. in quo est vis motiua membrorum. Et hoc tunc facit quod sibi imperat. quando membra mouet et opatur secundum rationem. Vel sic. Dicit quis vade et vadit. cum resistit temptationibus vitiorum. Tunc enim recedunt saltem ne dominentur. Dicit alio veni et venit. cum bonis inspirationibus acquiescit. optans ut veniant et permaneant. Seruus est corpus quod tunc facit quod sibi dicit dominus spiritus. cum casti-

gat et mortificat se concupiscentiis suis.

Capitulum undecimum de usu.

De usu quo sit actus voluntatis et diuersis distinctionibus eius. Abi sciendum quod usus rei alius cuius secundum b. Tho. prima secunde. q. xxj. importat applicationem illius rei ad aliquam operationem. Unde et operatio ad quam applicamus rem aliquam dicitur usus eius. Sicut equitare est usus equi. et percutere est usus baculi. Ad operationem autem applicamus et principia interiora agendi. scilicet ipsas potentias anime vel membra corporis. ut intellectum ad intelligendum. et oculum ad videndum. et etiam res exteriores sicut baculum ad percutiendum. Sed manifestum est quod res exteriores non applicamus ad aliquam operationem nisi per principia intrinseca que sunt potentie anime aut hitus. Potentiarum autem organa sunt membra corporis. Ostensum est autem superius quod voluntas est que potentias anime mouet ad actus suos. et hoc est applicare eas ad operationem. Unde manifestum est. quod vti. primo et principaliter est voluntatis tanquam primi mouentis. rationis tanquam dirigentis. Sed aliarum potentiarum tanquam exequentium. que operantur ad voluntatem a qua applicantur ad agendum. sicut instrumenta ad principale agens. Actio autem proprie non attribuitur instrumentum sed principali agenti. sicut edificatio edificatori.

Sed pro maiori declaratione §. i.

ratione dicit b. Tho. in primo sententiarum. di. j. quod vti tripliciter. Primo modo putat nominat quoddam operationem. secundum quod dicimus usum alius rei esse bonum vel malum. Et secundum hoc videtur diffiniri ab aug. cuius dicitur. quod vti est aliquid assumere in facultate voluntatis. id est ut utens operetur de eo quod vti ad nutum voluntatis. Secundo modo dicitur frequentiam operationis. et sic usus est idem quod consuetudo. Et secundum hoc diffinit victorinus. quod usus est actus de potentia frequenter elicitus. Et tertio modo dicitur vti respectu eorum que ordinantur ad finem. Et sic sumitur hic cum distinguitur contra frui. Et diffinitur ab Aug. quod vti est quod in usum venerit. referre ad id quo fruendum est. Abi notandum. quod totum hoc quod dicitur. id quod in usum venerit. ponitur loco vnius dictionis. et est circumlocutio huius quod dico vti. quod est obiectum huius actus vti. Actus autem conuenienter per suum obiectum diffinitur. Et autem quod est ad finem inducit ad finem per imperium voluntatis. Unde vti est actus voluntatis. que est uniuersalis motor virtutum secundum ordinem ad rationem.

Quibus rebus sit vti §. ij.

dicendum quod vtilia sunt omnes creature mundi. Opera nostra. et pene temporalia. que hoc omnia debemus in deum referre. ut in finem. Pro cuius

declaratōne dicit. b Tho. ubi sup. q̄ quecūq̄ sunt bona. non hñt bonitatē nisi in q̄tū ac- cedūt ad similitudinē bonitatis diuine. Unde oportet q̄ cū bonitas sit ratio dilectōnis et desiderij. q̄ om̄ia amētur in ordine ad bonitatem primā. i. diuinā. Omne autē quod bonū est. a deo est. vñ que ab ip̄o non sunt. nec querenda sunt. nec utendū est eis. Et nullo peccato utendū est. q̄ peccatū nō est a deo. Pena autē a deo est. et id ea utendū est. et ordināda in finē. fm̄ q̄ promouet meritū hominis. ducens eū in p̄sidentem p̄prie infirmitatis. et scdm̄ q̄ purgat p̄cā. Sic et res mūdi quia ab ip̄o sūt: eis utendū est. vel inquantū p̄ferūt ad dei p̄gnitōem. ostēdentes eius magnitudinē. vel inquantū sūt in subsidiū vite n̄re ordinate in deū. Q̄ em̄ dicatur creature esse facte in obitū et miscipulā peccati insipientiū. hoc est ex p̄te hominis. in q̄tū abutā eis. sistentō in eis vt in fine. et nō ex p̄te ip̄arū creaturā. Similiter opa n̄ra que mala nō sunt. ab ip̄o sunt. et p̄pter ip̄m faciēda. nō q̄ quālibet opatōnem oporteat semp actualiter referre in deum. sed sufficit q̄ habitualiter p̄stituat finē in deo sue volūtatis.

Usus autē non solū est .S. iij.
 in via. sed etiā in patria quo ad quedā. Pro cuius declaratōne dicit. b Tho. ubi supra. q̄ usus cū sit eorū que sunt ad finē. quedā sunt p̄tingētia finez et includētia ip̄m. Et hec sūt que nō repugnāt p̄fectōni finis. sicut dispositiōnes materie manent cū forma substantiāli. Et taliū erit usus in patria. Sicut p̄fectōnes naturales. et septem dona sp̄s sancti. et alia que ex sua ratōne imp̄fectōnem n̄ dicūt. Quedā autē sunt ad finē sicut distantia a fine. vt motus et h̄. et istis p̄pter suā imp̄fectōnem nō p̄parit finis. Et horū nō erit usus in patria. sicut pene. actus fidei. spei. cibi. et h̄.

Differt autē usus dei in rebo creatis. ab usu n̄ro in duobz. Primo q̄ deus usum suuz quo utit̄ rebo: refert ad bonitatem suā. Nos autē non ad bonitatē n̄ram sed ip̄ius. Secūdo. q̄ nos referimus usū n̄rū quo opamur circa creaturas ad utilitatē n̄ram. Ipse vō nō ad utilitatē suā: sed n̄ram. Primū ostēdit magister dī. j. in opibz misericordie creatōnis et iusticie. **Usus electōnem sequit̄. et p̄cedit executōnem opis. Unde Damascē. dicit. q̄ post electōnem impetū facit ad opationē et postea utit̄. Ip̄am em̄ executōnem opis p̄cedit motio. qua voluntas mouet ad exequendū sequit̄ autē electōnem. Et sic cum usus p̄tineat ad p̄dictā motōnem volūtatis ē mediū inter electōnem et executōnem. que executio p̄tinet ad imperiū vt dicef̄ in se. c.**

Pro h̄ maiori declaratōne dicit. b Tho. in prima secūte. q. xvj. arf. iij. q̄ voluntas habet duplicē habitudinē ad volitū. Unā scdm̄

q̄ volitū est quodāmodo in volente p̄ quā dā p̄portōnem ad volitū. vñ et res que sūt naturaliter p̄portōnate ad aliquē finē. dicuntur naturaliter appetere illuz finem. Sed sic habere finē. est imp̄fecte habere ip̄m. Secūda habitudo voluntatis ad volitū est. vt habeat ip̄m finem realiter. et hoc est p̄fecte habere ip̄m. Volitū autē non solū est finis: sed etiā id quod est ad finē. Ultimum autē quod p̄tinet ad primā habitudinē voluntatis. respectu eius qd̄ est ad finē: est electō. Ibi em̄ p̄pletur p̄portio volūtatis. vt p̄fecte velit id quod est ad finē. s̄ usus iam p̄tinet ad secūdam habitudinē volūtatis. qua tendit ad p̄sequendū rem volitā. Et sic patet q̄ usus sequitur electōnem. Si tamē accipiāf̄ usus fm̄ q̄ volūtas utitur potētia executiua mouendo ip̄am. Sed quia volūtas etiā quodāmodo ratōnem mouet et utitur ea. potest intelligi usus eius q̄ est ad finem. fm̄ q̄ est in p̄sidentem rationis referentis ip̄m in finē. et hoc modo usus p̄cedit electōnem. **Sciēdum scdm̄. bea. Tho. ubi supra. q̄ electio p̄cedit usū si referantur ad idem. Nihil autē prohibet q̄ usus vnius p̄cedat electio- nem alterius. et quia actus volūtatis reflectuntur supra seip̄os. In quolibet actu volūtatis. potest accipi et p̄sensus et electio et usus. Et si dicatur. q̄ volūtas p̄sentit se eligere. et p̄sentit se p̄sentire. et utitur se ab cōsentiendū et eligendum. vt semper isti actus ordinati ad id quod est prius sint priores.**

Capitulum duodecimum. De bonitate et malitia ip̄orum humanorum actuum.

De bonitate vel malitia humanorū actuum. **Ubi primo sciendum. q̄ licet om̄is actio in q̄tū actio sit bona. s̄ in genere nature. non tñ in genere moris. sed aliq̄ bona et alia mala. Unde xpc̄ Jo. iij. Omnis qui male agit odit lucē. Et Mat̄. vij. Arbor mala fructus malos facit et c̄. Pro cuius declaratōne dicit. b Tho. p̄ma secūte. q. xvij. arf. j. q̄ de bono et malo in actōnibz oportet loq̄ sicut de bono et malo in rebo. eoz unaqueq̄ res talem opatōnem p̄ducit. qualis est ipsa. In rebus autē vnūquodq̄ tantū habet de bono. quantū habet de esse. bonum enim et eno p̄uertitur. Solus autē deus habet totam plenitudinē sui esse. scdm̄ aliquid vnū et simplex. Inaqueq̄ autē res alia habz plenitudinē essendi sibi p̄uenientem. fm̄ diuersa. Unde in aliquibz contingit. q̄ quantū ad aliquid habent esse. et tñ q̄tū ad plenitudinē essendi. sibi conuenientem deficit eis aliquid. Sicut ad plenitudinē esse huma-**

ni requiritur. q̄ sit quoddam cōpositum ex anima et corpe. habens omnes potentias et instrumēta cognitōnis ⁊ motus. Unde si aliquid horū deficiat alicui homī: deficit ei aliquid de plenitudine sui esse. Quantum igit̄ habet de esse tantum habet de bonitate. In q̄tum vō ei aliquid deficit de plenitudine essendi. intātum deficit a bonitate et dicit̄ malum. Sicut homo cecus habet d̄ bonitate q̄ viuit. ⁊ malum est ei q̄ caret visu. Si vō nihil haberet de entitate vel bonitate. neq̄ bonum neq̄ malum dici posset. Sic igitur omnis actio inquātum habet aliquid de esse intantum habet de bonitate. Inquātum vō ei aliquid deficit de plenitudine essendi que debetur actioni humane. intātum deficit a bonitate. et sic dicitur mala: puta. si deficiat ei vel determinata quantitas scdm̄ rationem. vel debitus locus vel aliquid huiusmodi.

¶ Et qd̄ Dionisius dicit q̄ malum non agit nisi in virtute boni. Verum est. s̄ bonū illd̄ est deficiens. Si enim nihil esset ibi de bono. non esset ens neq̄ agere posset. Si non esset deficiens. nō esset malum. Unde et actio mala est quoddam bonum deficiens. quod scdm̄ quid est bonum simpliciter aut̄ malum. Itē adulterium quod est quedam actio. non solū importat commixtionem maris ⁊ femine. Unde quandoq̄ sequit̄ generatio. que bonū est. sed etiam talem actōnem inquātum caret ordine ratōnis. et s̄m hoc est mala actio.

Actio humana habet .S. j. bonitatem vel malitiam ex obiecto. Et̄ osee ix. dicitur de peccatorib̄. Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. Fit autē homo abominabilis p̄ malitiam sue actionis. Pro cuius declaratione dicit. b̄ Tho. ubi supra. arti. ij. q̄ bonum ⁊ malum actōnis sicut et aliar̄ rerum. attenditur ex plenitudine essendi vel defectu ipsius. Primum autē quod ad plenitudinem essendi p̄tinere videtur. est id quod dat rei speciem. Sicut autē res naturalis habet speciem ex sua forma. ita actio habet speciem ex obiecto. sicut et motus ex termino. et ideo sicut prima bonitas rei naturalis attribuitur ex sua forma que dat ei speciem. ita ⁊ prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto convenienti. Et̄ etiā a quibusdam appellatur bonum ex genere: puta vti re sua. Et sicut in rebus naturalibus primum malum est. si res generata non consequitur formam specificam: puta si non generetur homo s̄ aliquid loco hominis. Ita primum malum in actionibus moralibus ē. quod est ex obiecto. sicut accipere aliena. Et dicitur malum ex genere. genere pro specie accepto. eo modo loquendo. quo dicimus genus humanum hūmānā speciem. ¶ Ubi etiā sciendum q̄ obiectum actōnis nō est mate-

ria ex qua. sed materia circa quam. et habet quodammodo rationem forme inquātum dat speciem. Item licet res exteriores circa quas sunt actōnes humane in se sint bone. tamen inquātum p̄siderantur vt obiecta actōnum talium. cum non habent debitam p̄portionem ad hanc vel illam determinatam actōnem. non habent ratōnem boni. Et quia similes habitus similes actus reddunt. vt dicit p̄s in. ij. ethicoꝝ. Sicut habitus bonus et malus differunt specie. vt prodigalitas et liberalitas. Ita ⁊ actus bonus ⁊ malus differunt specie. Quia enim differentie per se diuersificant speciem. cum differentia boni et mali circa obiectum p̄siderata. cōparetur p̄ se ad ratōnem. s̄. s̄m q̄ obiectum est ei conueniens vel non conueniens. dicuntur enim actus humani vel morales s̄m q̄ sunt a ratōne. Itē bonum ⁊ malum diuersificant sp̄m in actibus moralibus. Sicut etiam in naturalibus bonum quod ē s̄m naturam et quod ē p̄tra naturam. vt corpus viuū et corpus mortuum diuersificant sp̄m nature. Ita in moralibus quod est s̄m rōnem vt bonum. et quod est p̄ ratōnem vt malum. diuersificant sp̄m moris s̄m. b. tho. ubi supra. arti. v. **Actio humana habet bonitatem vel malitiam ex circūstātia ⁊ aliquādo specie.** Pro cuius declaratione dicit. b̄ Tho. ubi supra. arti. iij. q̄ in rebus naturalibus non inuenitur tota plenitudo que debet rei ex forma sp̄ali. que dat speciem. sed multum supadditur ex supuenientibus accidentibus. sicut in homine ex figura et colore ⁊ alijs huiusmodi. quoz si aliquid desit ad decentē habitudinē: p̄sequitur malum. Ita est etiam in actōne. Nam plenitudo bonitatis non tota p̄sistit in sua specie. sed aliquid additur ei ex his que adueniunt tanq̄ accidentia quedam. et hec sunt circumstantie debite. Unde si aliquid desit quod p̄tineat ad circumstantias debitas: erit actio mala. Sunt autē circumstantie extra actōnem. inquātum non sunt de essentia eius. tamē sunt in ip̄a velud quedam accidentia eius. sicut accidentia que sunt in substantijs naturalibus. Et sunt huiusmodi circumstantie vt accidentia p̄ se seu p̄pria. et ideo p̄siderant̄ in doctrina moꝝ. sicut in vnaquaq̄ arte p̄siderant̄ accidentia p̄pria. Et nota diligēter. q̄ tūc circumstantia non solū auget malitiam in actu malo sed etiam mutat sp̄m illius actus. qm̄ videlicet p̄sideratur illa circumstantia vt p̄ncipalis conditio obiecti actōnis. habens specialem repugnantiam: ⁊ vt cōtrariam ordini rōnis: puta ratio p̄siderat vel ordinat seu considerare potest et ordinare. et si non facit hanc p̄sideratōnem vt ordinatōnem. non esse iniuriā faciendā loco sacro. Tollere ergo alienū de loco sacro addit specialem repugnantiam

ab ordinem rationis. Et sic circumstantia mutat speciem ut dicitur b. Tho. ubi supra. arti. x. Et tunc non remanet in ratione circumstantie in genere moris. cum dat speciem actui. quod consideratur ut quedam obiectio principalis obiecti. et quasi quedam specifica differentia. sicut in genere nature illius actionis. Non est autem conveniens quod unus actus moralis sit in pluribus speciebus moris etiam desperatis. Cum autem circumstantia non respicit ordinem rationis in bono vel in malo per se. sed presupposita alia circumstantia. a qua actus moralis habet speciem boni vel mali. Sicut tollere aliquid in magna quantitate vel parva. non respicit ordinem rationis in bono vel in malo. nisi presupposita alia obiectio per quam actus habet malitiam: puta hoc quod est esse alienum quod repugnat rationi. et ideo hoc non mutat speciem peccati sed aggravat.

Actio humana habet .§.ii.

illi christico. e. primi optime seruauerunt. Nam ut
dicitur Actuum. iij. Multitudinis credentium
erat cor unum. s. concordantes in voluntate
ad querendum et faciendum voluntatem domini
et honorem et mutua subuentionem. Ubi ergo
malicia unum cor diuidit in multa. ad quam ap-
plicatur concordia multa. corda unire facit. et
unit etiam cum corde dei. i. voluntate. Et ut di-
citur Mat. vj. Ubi est thesaurus tuus. i. il-
lud quod extimas principale bonum et maxi-
me amas ut amatur thesaurus a mundanis.
ibi est et cor tuum. Si deum thesaurum tuum repu-
tas. qui et verus et infinitus thesaurus est
hominibus. ut dicitur Sapientie. viij. illud co-
gitas et frequenter consideras et continue
amas. Et quia amor secundum Dionysium habet
vim unitiuam. et deus (si dici posset) unissimus
est: ideo eum perfecte diligendo cor tuum perfectis
sine efficitur unum.

¶ **Quintum ad tertium primum. §. in**

cipale. s. quod cor mortificatur. et ad gehennam di-
 rigitur per iniquitatem. Et ex tali corde ex-
 eunt cogitationes male et Mat. xv. Est no-
 tandum secundum Mauritium in distinctionibus quod
 septem sunt differentie cordium iniquorum.

Est enim cor indisciplinatum.

Est cor infatuatum.

Est cor supbia elatum.

Est cor nequitie applicatum.

Est cor dolo circumdatum.

Est cor deprauatum.

Est cor induratum.

De primo dicitur Job. xvij. Cor eorum longe
fecisti a disciplina. Disciplina importat do-
ctrinam et correctionem seu compositionem in mor-
tibus. Est ergo cor indisciplinatum quod non re-
cipit doctrinam. vel non se emendat per flagella.
Dicitur autem deus hoc facere. s. indisciplinas
in quantum promittit fieri. Confert autem hec in
disciplinatio tria mala. s. Primo ab malis
primitate. unde dicitur Gen. viij. Sensus et co-
gitatio humani cordis prona sunt ad malum
s. ex se nisi fuerint disciplina precipue in ado-
lescentia refrenati. Inducit mentis instabi-
litate. propter quod dicitur Eccli. xij. Qui minora-
tur corde cogitauit ianua. Minoratur autem
quis corde. i. voluntate boni. propter defectum
doctrine et correctionis. Adducit et consci-
tie morbositatem. que est utique maxima pe-
na. Et ideo prouerb. v. dicit Salomon. qui
indisciplinatus habens remorsum de malis di-
cit. Cur detestatus sum disciplinam. et incre-
patationibus non acquieuit cor meum. De secundo
s. corde infatuato dicitur puer. xvij. Non recipit
stultus verba prudentie. nisi dixeris ea que
uersantur in corde suo. i. nisi assenseris affectu

nibus suis. Precipue facit ira hominem fa-
 tuū. Unde dicitur Eccl̃a. vii. Ira in sinu. i. mē-
 te stulti requiescit. Et Criso. Ire et insanie
 nihil est medium. Hec aut̃ stulticia cordis
 tria mala generat. Primo nullā retinet sa-
 pientiā. Nam iracundus omnis doctrine et
 scripture et ratiōis obliuiscitur in ira sua.
 ppter quod dicitur Eccl̃i. xxi. Cor fatui quasi
 vas contractum. Liquor em̃ sapientie et gra-
 tie ex eo effundit̃. Secdo inclināt ab blasphe-
 miam Eccl̃i. v. Ne temere quid loquaris. scz
 blasphemādo. nec cor tuum sit velox ab pro-
 ferendum sermonem coram domino. Cōmu-
 niter ex fatuitate ire homines male loquū-
 tur de deo et hominibus. Tercio prouocat
 stulticiā in audiente. vt. s. inducat illum ab
 loquendum contra illum stulta. et faciendū
 scz verba contumeliosa rixas et vindictas.
 Unde puerb̃. xij. dicitur. Cor insipientium
 prouocat stulticiā. Et ideo bene dicit sapiēs
 Non respondeas stulto iuxta stulticiam su-
 am. ne similis ei efficiaris. De tercio. scz
 corde elato per superbiam dicitur Ezechiel.
 xxviij. Multiplicasti fortitudinem tuā tibi et
 eleuatū est cor tuū in robore tuo. Quod fit.
 cum quis bona que habet sibi attribuit vel
 meritis suis. non a deo recognoscit: sicut fe-
 cit nabuchodonosor. de quo dicitur Judith.
 pmo. Exaltatum est regnum nabuchodono-
 sor. et eleuatū est cor eius. Hec autem
 elatō tria mala facit. Primo inducit ad dei
 obliuionem. fm̃ illud Deutro. viij. Ne post-
 q̃ pmederis et saturatus fueris: et post pa-
 rum eleuetur cor tuū. et obliuiscaris domi-
 dei tui. i. beneficior̃ eius. Ingratissim̃ autē
 inquit Seneca. qui est oblitus. s. benefactor̃
 ris seu beneficij. Secdo sui deceptōez Diere.
 xlix. Arrogantia deceptit te et superbia cor-
 dis tui. Et quomodo decipiat ostendit sapi-
 ens dicens Eccl̃i. xj. Sicut pb̃x inducitur i
 foueam. et vt capra in laqueū. sic cor supbo-
 rum. Tertio dei amissionez. i. gratie sue. ps.
 Accedet homo ad cor altū. i. superbū. et ex-
 altabitur deus. i. eleuabitur recedēdo ab eo
 Aug̃. Humilis deus humilia respicit. et al-
 ta. i. superba corda a longe cognoscit. Hūi-
 lias te venit ad te. at tollis te recedit a te.
 De quarto. i. corde nequā seu nequicie ap-
 plicatum dicitur. j Reg. xvij. Ego noui ne-
 quiciā cordis tui. Que verba dixit fraf̃ da-
 uid sibi: sed iniuste. Dicit̃ autem nequā fm̃
 catholicō a nequeo. Unde nequā dicitur q̃
 adeo scelerosus est. q̃ nequit cessare a ma-
 lis. Dicitur enim nequā luxuriosus. vt ibi
 habetur. Añ Onan filius iude qui luxurio-
 sus turpiter erat. dicitur nequā Geñ. xxxv
 viij. Et forte p̃pterea luxuriosus magis dicitur
 nequā q̃ alijs vitijs deditus. quia diffici-
 lius et tardius recedit quis ab illo q̃ ab alijs

Unde Aug̃. Dum non resistit̃ concupiscē-
 tie fit consuetudo. et dū cōsuetudini non re-
 sistitur: fit necessitas. Et talis nequicia indu-
 cit tria mala. Primo multiplicē dolorē cor-
 poris et anime Eccl̃i. xxx. Cor nequā graua-
 bit̃ doloribz. Secdo aufert boni cognitōez et
 affectōez Eccl̃i. xix. Vinum et mulieres au-
 ferunt cor. i. gula et luxuria auferunt affe-
 ctum veri boni. Tercio perducit ad eternā
 damnationem Isa. j. Ne semini nequā filijs
 sceleratis. Ne autem importat damnatōez.
 De quinto. scz corde dolo circūbato. s. per
 ypocrisim et fraudulentā seu p̃bitionē. di-
 citur Eccl̃i. j. Cor tuū plenum est dolo et fal-
 latia. Et tale cor tria mala operatur. Pri-
 mo profunditatem habet in consiliū vel in-
 tentum suū abscondendo. vt magis decipere
 valeat Isa. xxix. Ne qui profundi estis cor-
 de etc. Secdo duplicitatem habet in respon-
 dendo: dicendo verba sophistica. Sed vt dicitur
 Eccl̃i. iij. Cor ingrediens duas vias non
 habet successus prosperos. quia frequenter
 detegitur fraus et dolus eius. et inde abho-
 minatur. Tercio malitiā habet in suadēdo.
 quasi querat bonū p̃ximū cum tñ velit eum
 decipere puerb̃. xxvj. Quāto submiserit vo-
 cem. ne credideris ei qm̃ septem nequicie sūt
 etc. De sexto. scz corde deprauato dicitur
 Eccl̃i. iij. Cor prauū scandalizat. Dicit̃ autē
 cor deprauatum. quod aliquo tempore fuit
 bonū. et postea efficiē malum in eo perma-
 nens. Et tale cor vtiqz scandalizat. defacili
 ruens in mala ex dictis et factis aliorū. Nā
 dum bonum est cor non scandalizat. Tale
 autem cor obedientiā postponit Diere. xvj.
 Ecce vnusquisqz abijt post prauitatem cor-
 dis sui malī. vt me non audiat. Secdo apo-
 stasiam inducit. Unde de Salomone dicitur
 iij Reg. xj. q̃ cū esset senex deprauatū ē cor
 eius. vt sequeretur deos alienos. Quanto ei
 quis cadit ab altiori statu virtutis. non ci-
 to inde resurgens. tanto grauius ruit in om-
 nia mala. Tercio iram dei incurrit puerb̃.
 xj. Abominabile coram deo cor prauum.
 De septimo corde. s. indurato. qd̃ fit p̃ ob-
 stinatōez. dicit dñs Exodi. vij. Ego indura-
 bo cor pharaonis. Tbi sciendū fm̃ tho. pri-
 ma p̃te sūme. q̃ obduratō duo importat. scz
 subtractionem gratie. que non est culpa: s̃
 pena. et hec est a deo sicut et omnis pena
 quam non nisi iuste infert. Nec enim alicui
 subtrahit gratia m. nisi hoc ille a quo aufer-
 tur mereatur per culpam. Et fm̃ hoc deus
 indurat. fm̃ illud ad Ro. ix. Cui vult: mise-
 retur. et quem vult: indurat. Aliud qd̃ im-
 portat obduratio est inhesio culpe. i. firmi-
 tas in peccato. et hoc est ab homine et culpa
 est. Et inducit tria mala. Primo semē ver-
 bi dei ad fructū nō recipit. Unde Luce. viij.

dicitur. Quod autem cecidit supra petram. i. cor induratū. natū aruit. quia nō habebat humorem. s. gratie. Scđo cumulū culpe et pene adauget Ro. ij. Scđm duritiā tuam et impetens cor tuū. thesaurizas tibi iras i die ire etc. i. congregas tibi penam in iudicio. Tercio beatitudine priuat. Unde in figuraz filij israhel qui indurauerūt cor suū erga dei mādata ut non facerent ea. omnes qui numerati sunt i egressu de egipto sexaginta cētena milia: omnes priuati sunt terra pmissionis. que signat vitā eternā. ut nullus intraret nisi caleph. et Josue. ppter qđ ps. admonet cauere talem obduratōez ne incurramus in illud malum et damnū: dices. Nolite obdurare corda vestra etc.

¶ De volūtate et opere exteriori. quō se habent abinuicē in merito. Capitulu. xiiij.

Nota circa voluntatē et opus exterius q̄tum ad meritum et demeritū. et q̄tum ad forū iudiciale fieri potest talis distinctio. Aut ei volūtate circa aliqđ agendū habet sine opere exteriori. Aut opus exterius exercet sine volūtate interiori. Aut voluntas adest imēdiatē operi exteriori sequēte.

¶ Q̄tum ad primū notat. §. j. materiā talem valde diffuse archidiaconus sup. c. Qui bona. xvij. q. j. cui? verba abbe uiabo ob plixitatē vitandā. aliqñ mutabo sequendo sententiā theologoꝝ ad pleniores declarationē. Ex quibusdā auctoritatibz videtur. qđ voluntas sine opere tantū valeat in malo et in bono. quātū voluntas cū opere.

Dicit em̄ Aug? votū. i. voluntas p opere reputat. xvij. q. j. §. Si ergo. Item Ciprianus. Nūquid chaym cū dño mun? offerret perimerat fratrem: sed tamen fraticidiū mente pceptum. i. voluntate deus puidus ante dā nauit. Ita et in dei seruis. apud quos cogitatur et martiriū mente concipitur. animus id est voluntas ad bonū deditus. teo iudice coronatur. de pe. dis. j. Et Piero. Licet gladio non occidas volūtate tamen interficis. dis. ea. c. Omnis iniquitas. Ad idem facit. c. Si cui. et. c. si forte mulier. Et plura alia. c. in dicta distinctione. ¶ Pro hui? igitur declarationē fm archidia. distinguendū. Quia aut loquimur de voluntate in opere bono. Aut de voluntate in opere malo. Si primo modo. i. de voluntate affectatē facere opus bonum sed nō exequēte: iterū subdistinguedum. Quia aut habet respectus ad deū. aut ad ecclesiam siue ad ius. Et si habeatur respectus ad deum. q̄tum quidē ad tēpus pteritum vel futurū. utiq; nō habet voluntas p opere. Nā si volo me ieiunasse elemosinas

fecisse et alia hmōi bona. talis voluntas in conspectu dei. i. quo ad meritum. non habetur p opere. i. nō remunerat. sicut si factus fuisset opus: que tamen prius dicitur voluntas qđ voluntas. De futuro etiam si volo seu ppono hinc ad mensē ieiunare. dare elemosinam et hmōi. hoc non habet pro opere: quā tale ppositū et voluntas sit meritoria. non tamen tantū sicut cū opere subsecuto. quod ppositum boni dimitti potest. licet nō sine peccato. Unde greg? sup Ezech. Qui bona agunt et meliora agere pponunt. si ea nō agunt. licet in bonis prioribz pseuerent. in conspectu tamen domini ceciderunt. s. veni aliter vel mortaliter. fm qualitatem ppositi qđ dimittunt: puta alicui? voti vel necessarij ad salutem. vel alicui? rei non necessariē ut alicui? deuotionis fiende. Si autē loquimur de presenti. iterū subdistinguit. Quia aut illa voluntas potest impleri i bono opere. et non impletur ex negligentia vel alia causa. ut verbi gratia. Habeo voluntatem faciendū elemosinam et bene possum: sed cupiditas me tenet vel negligentia. Habeo voluntatem orandi: sed me piget. et talis voluntas non habetur pro opere. nec est efficacay voluntas. quin sequeretur effectus. Et ab hoc facit quod dicit Ambrosius. disti. l. xxxvj. Non satis est bene velle: sed etiam bene facere. id est non sufficit bona voluntas sine opere. cum adest facultas. Et sic intelligitur illud puerb. xiiij. Vult et non vult piger. Vult enim quodāmodo leui voluntate in efficaci. Aut quis habet voluntatem ad opus. et precise dimittit. quia exequi nullo modo potest: et tunc quantum ad gloriam consequendam et quātum ad penā eternam euadendam voluntas pro opere reputatur in genere: sed non q̄tum ad quātitatem premij. vel quātitatem euasionis pene temporalis debite p peccatis. Et hoc vel ex opere operante. ut in illis operibz que habent i ipso actu delectationem puocantem: tunc enim opatō addit ad bonā voluntatē quātum ad premium essentialē. aliqñ ad accidentale fm tbo. in. iij. dis. xvij. Vel ex opere operato. i. ex sumptione sacramenti. Verbi gratia. Si quis vult recipere baptismum vel p̄fessionē seu eucharistiam. et non potest: quia deficit vel minister vel sacramentum. vel aptitudo illius. ad hoc utiq; talis et premium meretur eternum ex illa voluntate si est gratia info: mata: et euadit penas eternas. Si non ita euadet penas purgatorias. nec tantum premij cōmuniter consequitur. sicut si secutum esset opus. i. suscipiendo sacramenta. Aliud exemplum. Vult quis summo desiderio sustinere martiriū: sicut beatus dominic? ut ceruus ad aque fluiū. Talis ex

illa volūtatē premium recipit. **U**t dicit **C**iprianus in auctoritate superius allegata. **E**t quātū ad essentialē premium. tantū recipere potest. quātū si actu reciperet martiriū. dūmodo equalis esset feruor et affectus non sustinendo martiriū siue sustinēdo. **S**ecus si minor est. ar. de pe. dif. ij. **S**iquis vult **N**on tamen recipit illud premium accidentalē. quod dicitur aureola martiriij. **U**nde et **J**ob. in glo. de pe. dif. j. dicit. q̄ istud dicitum votum pro opere computat. habet exceptionem in operibus priuilegiatis quibz debetur aureola. **A**liud exemplum. **E**ule quis ire ad ecclesiam ubi est indulgentia. nō vadit quia nullo modo potest: talis utiq; et si meritum habeat aliquod de bona voluntate. non tamen indulgentiam consequitur non eundo. **¶** **Q**uando vero habetur respectus ad ecclesiam. **C**um queritur utrum voluntas habeatur pro facto. **R**espondetur q̄ siue processit ad actum exteriorē imperfectum quod plus est. **S**ive stetit in confinibus cogitationis quod minus est. non habetur talis voluntas quo ad ecclesiam pro opere. ut apparet de eo qui erat excommunicatus. et voluit reconciliari ecclesie. et per eū non stetit quo minus reconciliaretur. et de hoc apparent indicia manifesta q̄ voluit reconciliari ecclesie: sed non potuit. et mortuus est talis. si morte preuentus absolutōnis beneficium non habuit apud ecclesiam non habetur absolutus. quāuis sit secus apud deum. **E**t ratio est. quia ecclesia opinione hominum sequitur in iudicando. precipue in foro contentioso que sepe fallitur: sed ipse deus semper inicitur veritati. et ideo nec fallit nec fallitur. extra. de sen. exco. **A** nobis. **U**nde tali negabitur ecclesiastica sepultura et q̄ non fiat solennis oratio pro eo nisi fuerit post mortem absolutus ab excommunicatione. quod fieri debet. si in vita quesituit absolutionem. **A**liiter autem agendum in sacramento confessionis. **N**am si quis vult confiteri quod ostendit per signa peccatorum. et postea mutus efficiatur. non debet tali denegari eucharistia et alia ecclesie suffragia: dūmodo constet ecclesie seu sacerdoti de voluntate illius. quantūcunq; leuiter etiam per unum testem vel per signa ipsius infirmi. **R**atio diuersitatis in huius. esse potest. quia primum pertinet ad forum contentiosum. ubi requiruntur probationes sufficientes. **S**ecundum pertinet ad forum penitentialē. ubi non requiruntur tales probationes. **¶** **S**i autem agatur de actibus iudicialibus siue de his que inter homines continue agitantur et frequentant. **C**um queritur utrum voluntas habeatur pro facto. **R**espondetur q̄ siue de preterito siue de presenti siue de fu-

turo agatur. cum voluntas stat in confinibus cogitationis. in nullo procedens ab extra. nunq̄ habetur illa voluntas pro facto. **V**erbi gratia. **M**issus erat aduersarius meus in possessione rei mee. et primo decreto poteram infra annum recuperare possessionem ipsam. prestando cautionem deپردو iuri. et habui voluntatem in corde prestandi dictam cautionem et faciendi alia necessaria: sed non profeci ad actum exteriorē. **C**erte volūtas ista non habet pro facto. ut postea possim recuperare possessionem. extra de eo qui mit. in pos. ca. j. **S**i autem volūtas processit ad actū aliquem. tūc subdistinguedum. quia aut actus ille fuit perfectus aut imperfectus. et si fuit perfectus. tūc clarus est. et de hoc nemo dubitat. extra. ut lit. non contes. **¶** **Q**uonia. **S**ed si actus ille fuit imperfectus. tūc subdistinguedū. quia aut fuit imperfectus propter voluntatem. aut propter impotentiam. **E**t si fuit imperfectus propter voluntatem. tunc illa volūtas in tali actu imperfecto non habetur pro facto. **V**erbi gratia. **H**abeo in corde prestandi volūtatē cautionem pro recuperanda possessione mea. et illam volūtatē produco ad actū exteriorē: sed imperfectū. hoc videlicet modo. **T**ato coram iudice et aduersario meo et dico. volo recuperare possessionem meam. et duco mecum fideiussorem. et offero satisfactionem de iudicio listi. et nihil aliud facio. **C**erte iste actus imperfectus fuit. quia non solū debeo offerre: sed etiam prestare. **N**am sola oblatio fideiussoris non sufficit. quod quidem locū habet in his in quibus cadere potest depositio. ut in his que consistunt in probando. **S**ed in his in quibus non cadit depositio. ut in his que consistunt in faciendo. sufficit sola oblatio faciendi seu protestatio. ut apparet in appellatione. in qua sufficit si me offeram probare coram iudice cause principalis. **E**t q̄ protestatio sufficiat. probatur eo. ti. ca. fi. **S**i autem fuit actus imperfectus propter impotentiam. tunc subdistingue. **Q**uia aut illa imperfectio contingit propter defectum proprium. aut propter defectus iudicis vel aduersarij. aut propter casum fortuitum. aut propter factum proisus extranei. **S**i propter defectum proprium. cui non potest providere tunc volūtas habetur pro facto. **V**erbi gratia. **H**abeo volūtatē prestandi cautionem pro possessione mea recuperanda. et procedo ad actū exteriorē hoc modo. **N**am mō compareo coram iudice et aduersario et dico. **D**omine bene vellem prestare cautionem: sed in veritate non possū. quā pauper sum. et propter paupertatem non inuenio. qui pro me intercedat. **C**erte in isto casu ista voluntas haberetur pro facto. ad recuperandam pos-

sessionem: hūmodo prestē iuratoriā cautio-
nem. extra. de eo. qui mit. in pos. ca. j. Et ex-
tra. de solutio. Odoardus. Nam ianis ē actō
quā inopia debitoris excludit. ff. de arbi. l.
Inanis. Fallit tamen hoc in usufructuario
qui debet prestare cautionē de utendo et fru-
endo arbitrio boni viri. et finito usufructu
de restituendo. Nam si ppter paupertatē vel
aliud non potest fideiussozem prestare. non
sufficiet iuratoriā cautio. et sic non habebit
voluntas pro facto. ut notat Azo. E. de usu-
fruc. l. usufructuarius. ¶ Si autem illa im-
possibilitas contingit propter defectum iu-
dicis vel aduersarij. tunc iterum subdistinguen-
dum: quia aut hoc est propter factum
ipsorum: puta quia dū vellem prestare cau-
tionem. stetit per iudicem vel aduersarium
quo minus prestare. quia ipsi noluerunt re-
cipere: dum offerrem et ipsam prestare vel-
lem. Et tunc voluntas habetur pro facto.
quātum ad possessionem recuperandā. Aut
impotentia contingit propter absentiam iu-
dicis vel aduersarij. quo minus predictam
cautionem prestaret. Et tunc voluntas nō
habetur pro facto: nisi ego istam cautionē
prestem coram publicis et honestis psonis.
ut extra. de offi. or. pastoralis. ¶ Si autem
impotentia contingit propter casum fortui-
tum. tunc siue casus contingat in iudicijs. vo-
luntas habetur pro facto quātum ad euitatō-
nem pene. ut apparet exemplum de eo q̄ cer-
ta die debebat in iudicio comparere sub pe-
na. et dum veniret superuenit tempestas vel
pons fluminis est fractus. vel flumen cre-
uit et transire non potest. certe iste casus il-
lū excusat a pena. ff. Siquis cau. l. ij. ¶ Itē
si contingat casus fortuitus in contractib.
idem videtur dicendum. ut. ff. ad le. ro. de ia-
ctu. l. si. Consuevit tamen subdistingui in cō-
tractu locationis. an casus superueniat in p-
sona locatoris. an in persona conducentis
tū. aut in re locata. ut illa materia satis de-
claratur. ff. de var. extraor. co. l. j. In cōtra-
ctibus etiam consuevit distingui. an casus
contingat in persona debentis. vel eius cui
debetur. et an debeatur quantitas vel speci-
es. et an mora intercesserit vel ne. ¶ Si eti-
am contingat casus in ultimis voluntatib.
voluntas habetur pro facto. ut apparet de il-
lo qui reliquit libertatem seruo suo. si decez-
daret heredi. et cum iste portaret pecunias
incidit in latrones vel in hostes et pecuni-
am amisit. ita q̄ in termino ipse non potu-
it heredi dare. Certe ille actus imperfectus
propter impotentiam ex casu fortuito ha-
betur pro facto. quātum ad libertatem con-
sequendam. Et de casibus contingentibus
circa ultimas voluntates plenissime nota-
tur per Azo. E. de insti. et substi. sub con.

fac. l. j. ¶ Si autem contingat impotentia
propter factum prozsus extranei. tunc vo-
luntas nō habetur pro facto. Verbi gratia.
Reus debebat sistere in iudicio certa die. et
sub certa pena. dum autem veniret ad iudi-
cium quidam extraneus. Vir retinuit eum
et sic non stetit in iudicio illa die talis nō ex-
cusatur a pena. Sed datur actio contra i-
pedientem ab inter esse. ff. Siquis cau. l. ij.
Quātum vero ad secundū. §. ij.
membrum principale prime questionis. scz
An voluntas solum habeatur per opere ex-
teriori in malis. Respondetur. Quia aut lo-
quimur in foro dei. aut in foro ecclesie peni-
tentiali. aut in foro contentioso seu iudiciali.
¶ Primo ergo. scz quātum ad deum distin-
guendū. Quia aut voluntas est deliberata
aut non deliberata circa malum. Si indeli-
berata. ita. scz non accedat ad sensus ratio-
nis. tunc clarum est q̄ voluntas non habet
pro opere. etiā si illud opus sup quo insurgit
voluntas sit mortale. Ante greg. de pe. di.
ij. Nequaquā mentem cogitatio imunda ma-
culat. cum pulsat. scz inclinationem volunta-
tis: sed cum hāc per delectationē superat. scz
pro consensu rationis. Si vero voluntas est
deliberata circa opus malum. siue in p̄-
terito: ut puta. quia vult et contentatur se cō-
misisse aliquod criminale. Siue in futuro: ut
cum vult seu intendit perpetrare in futurum
aliquod malum. vel in presenti cum propo-
nit malum operari. In omnibus huius. volū-
tas habetur pro facto. quātum ad gravitatē
peccati in generali non in speciali hoc est q̄
ita meretur penam eternam ex voluntate de-
liberata ad opus mortale. quā effectus nō
sequatur. sicut si sequatur actus exterior.
Non tamen tantā penam meretur in infe-
no ppter voluntatem solā. quā si abbat
opus: quia cōmuniter actus exterior pecca-
ti adauget ipsam inordinatōnem volunta-
tis. Et sic intelligitur illud Elemen. de pe.
di. j. Homicidiorum tria genera beatus pe-
trus esse dicebat. et eorum penā fore pariles
scz odientis. tetrahentis. et actu occidentis.
Illa enī paritas pene odientis. et sic volū-
tatem habentis ad mortē exosi et pena actu
occidentis intelligende sunt fm equalitate
proportionis. non fm equalitatem eiusdē quā-
titatis. i. q̄ uterq̄ damnabit. Facilius etiā
quis resurgit a peccato voluntatis. consenti-
entis siue in mortuam delectationem. siue in
actū exteriorem. non tamē exequēdo. q̄ cuz
procedit ad opus exterius. Et ad hoc facit
quod dicit Hiero. xxxij. q. ij. Sicut semina.
Ubi ait. Sensus ex ratione conceptus. i. cō-
sensus in malum. nisi in opera proruperit
adhuc in mente retinetur: et cito perit ab hoste
¶ Quātum vō ad forum penitentialē ecclesie

a voluntas contenta terminis suis nō habetur pro facto. Non em̄ tanta penitētia est iungenda pro peccato interiori. quāta pro peccato exteriori ceteris paribus. Et penitētie septēnes que taxantur ab ecclesia. ut xxij. q. i. **P**redicādū. et. xxxij. q. ij. hoc ip̄m cōmuniter imponūtur pro peccatis exterioribus. quōs etiā interiora ut dictū est sufficiant ad damnandū. ut expresse habetur. de pe. di. j. **S**i cui. Et nota q̄ cū sola spes quāto est principalis ab lucrū i mutuo. faciat hominē usurarium. ut. xij. q. iij. **S**i feneratoris. Sicut etiā sola spes rei temporalis facit hominē simoniacū: quāto est principale motiū in traditōne rei spiritualis. fm̄ Ray. ioh. et archi. **H**ec spes includit voluntatem deliberatā. **A**nte in foro penitentiā puniri debet seu penitentiari. ut p̄ mortali peccato. Et si inde aliquis recipit oblatum. in foro penitentiā est inducendū? usurarius ad restituendū. et simoniac⁹ ad pauperibus erogandum. Et sic punitur voluntas pro facto. hoc est. ac si pactum fecisset expresse. Sed non q̄tum ad censuram aliquam vel dispositionem. ut extra. de sp̄. c. ultimo. Quia pena posset puniri si ad actū exteriorē puenisset p̄ actionē et hm̄oi. Et q̄uis aliqui dicāt. q̄ usurarius solum mentalis nō teneatur restituere. Alij tamē dicunt q̄ teneatur semp̄ restituere. Et hoc Innocentius dicit esse tutius. extra. de usur. Consultuit. **H**ostī. autem dicit omnino esse restituendum. quia turpiter accepit. **I**dem sentit Bern. ray. et archi. et theologi idem sentiūt. **S**ed q̄tum ad forū iudiciale ecclesiasticū cum vel ciuile. voluntas si nō procedat ad actum exteriorē aliquē. nūq̄ punit. Et hoc est quod dicit lex. Cogitātōnis penā nemo mereatur. de pe. di. j. Et Augusti. xxxij. q. v. xp̄iana dicit. Latentia peccata vindictā nō habent. quia. s. probari non possunt. In iudicio autem proceditur p̄ allegata et probata. Sed si voluntas procedat ad aliquē actum exteriorē. licet imperfecte. hoc est non illum complēdo. tunc subdistinguitur. Quia aut ille actus fuit imperfectus p̄ter voluntatem. quia videlicet penituit eum. et bene ad effectū p̄duxisset si voluisset: puta quia virgo deo dicata cum qua habuerat colloquiū de malo sibi consentiebat: sed ip̄m penituit sua pp̄ria voluntate. et tunc non punitur. ff. ab. l. cor. de fal. l. qui falsā. **E**xemplum etiā de eo qui vocauit clericum in foro seculari. quē penituit ante litis contestatōez. Quis em̄ talis et voluerit et egerit aliquid: q̄ non p̄fecit p̄secutionē cause in tali iudicio. non pacietur penā eorum capitulorum. xj. q. j. **I**nolita. et extra. de foro cōpe. **S**i diligentī. **S**i autē fuit actus imperfectus p̄ter impo-

tentiam. q̄. s. attempraui et fecit q̄ potuit ut veniret ad p̄fectionem op̄is. et nō valuit. tunc voluntas habetur p̄ facto et punit. Et ita intelliguntur leges canonizate. de pe. di. j. **S**iquis non bicā rapere. Et abinde vsq̄ ad legem. Cogitātō. Et. C. de fur. l. si quis seruo Sic et vxor punit quo ab cōiugium propter insidias. et consilia que interposuit in morte mariti. quōs effectus non fuerit subsecut⁹. **N**otandum q̄ in penis spiritualibus infligendis distinguit. **U**trum. s. imponatur a canone pena spiritualis an imponatur ab homine. Et siquidē imponatur a canone. tūc effectus consideratur non affectus animi seu voluntas. et hinc est q̄ si quis p̄ponēs manum suā inicere in clericū. solummodo insultū facit. eleuat manū ut p̄cutiat. et tamen nō tangit eum: quia fortior ille fuit vel alia de causa. iste non obligatur pena spirituali. s. ex cōmunicatōis si quis suadente. xvij. q. iij. **S**imiliter si quis voluerit homicidium p̄petrare etiā si vulnerauerit atrociter. būmodo nō fuerit subsecutū homicidium seu mutilatio penā irregularitatis nō incurrit. extra. de homici. c. si aliquis. **S**i autē pena sp̄ualis imponatur ab homine. tūc consideratur animi voluntas et destinātō. s. cū aliquali ope exteriori. et nō tm̄ iuris effectus. Et ratio est. q̄ mitius agitur cum lege q̄ cum ministro legis ff. de ar. l. Celsus. Et extra. de cle. exco. mi. **S**i celebrat. Clerbi gracia. **D**icit superior ordinarius. Exco. munico te si eligis. **N**ā incōtinenti cum paras te ad eligēdum. incidis in exco. municationem. **Q**uod hic ut notauit Inno. extra. de ap. c. **P**reterea. Et sic patet. q̄ voluntas nō producta ad actum p̄fectū punitur et pro facto habetur. q̄tum ad penas spirituales. que infliguntur ab homine. et ratio est. q̄ hm̄oi pene spirituales sunt medicinales. ij. q. j. **M**ulti. Et extra. de sen. exco. cū medicinalis. li. vj. **S**ed in penis tp̄alibus p̄ditōnalibus et iudicialibus secus dicēdū est. **N**ā in istis consideratur iuris effectus. non affectus vel animi destinātō. extra. de spon. c. vlti. Et ratio. quia pene sunt potius emolliēte q̄ exasperate. de pe. di. j. **S**. Pene. **Q**uod ad secundū mē. **S**. iij. **B**rum principale cū. s. exerceat opus exterioris sine voluntate distinguēdū. Quia aut hoc fit voluntate omnino renitēte. Aut ratione omnino deficiēte. Aut voluntate negligēte. **Q**uod ad p̄mū. s. cum sit aliquod opus renitēte voluntate oīno. nec in bono ē meritōriū. nec in malo demeritorius. Meretur em̄ quis aut demerere p̄ actum liberum voluntatis. **A**nte Ambro. Nemo nostrū teneat ad culpam. nisi propria voluntate deflexerit. **V**oluntarium sibi militēz elegit xp̄c. voluntariū sibi seruū d̄yabol⁹ actionat. xv. q. j.

Non est. Ad idem Crisostomus super Matheum. Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit. ita iusticia ex opere non consumatur nisi et voluntas affuerit. xxxij. q. v. Sicut. Et ex hoc patet quod si inferatur violentia virgini omnino renitenti. nec peccat nec amittit virginitatem. Unde dicit lucia pascasio. Si me inuitam feceris violari. castitas mihi duplicabitur ad coronam. Non enim inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Nam si in manu mea thura ponas. et per manum meam sacrificia facias. deus hoc non attendit. De sensibus enim et voluntatibus deus iudicat Gratianus. xxxij. q. v. §. j. Similiter si quis occideretur pro fide inuitus vel pro iusticia. meritum non haberet. Nec talis est capax alicuius sacramenti. Nam si quis omnino inuitus baptizaretur. tentus sub aqua per violentiam. talis non reciperet nec effectum nec sacramentum ipsius baptismi.

¶ Etum ad secundam partem distinctionis. cum. scilicet sit opus ratione omnino nesciente. scilicet cum quis non habet usum rationis. ut infans. et adultus furiosus. qui est extra usum rationis. opus quod fit a talibus. cum sit in uoluntarium. quia sine deliberatione rationis. siue in bonum siue in malum non reputatur ad meritum neque ad demeritum. Nam actus humanus redditur meritorius vel demeritorius. in quantum procedit a libero arbitrio. quod diffinitur esse facultas voluntatis et rationis. In predictis autem ratio deficit. Sed etiam in iudicio ecclesiastico vel civili tales non puniuntur. Nam infans si proijciendo lapidem occidat aliquem hominem. Si non est doli capax. non punitur. nec quo ad deum. nec quo ad mundum. de consecra. disti. iij. paruuli. Et in glo. que est ibi. extra. de delic. pu. ca. ij. Et. ff. de sic. l. infans Idem de furioso dum est in furia et extra se Satis enim ipso furore punitur. ff. de offi. pre. l. diuus. Et. xv. que. j. ex merito. §. Sed obicitur. Verum est tamen. quod furioso a furia reuerso. potest penitentia imponi ad cautelam. ut ea. causa. et questi. c. Siquis. Et licet aliqui dicant. quod cum quis ex culpa sua incidit in furiam. amentiam vel ebrietatem ea que facit mala extra usum rationis constitutus. imputantur ei. ex eo quia fuit in causa. Verior tamen opinio est. quod non imputantur que facit in tali statu. Sed culpa precedens aggrauatur ex malis que sequuntur.

¶ Notandum tamen quod adultus. amens vel freneticus effectus. si antequam incurreret talem amentiam habuit propositum et voluntatem suscipiendi sacramenta. et declarauit ipsam voluntatem. non debent sibi denegari. Et quantumcumque etiam contradicit in amentia positus. recipiet effectum sacramentorum.

torum. si in statu gratie intrauit frenesim vel amentiam. et sic opus sine voluntate actuali erit meritorium ex voluntate tamen precedenti. Insuper est notandum. quod opus baptismi valet ad salutem et premium omnibus pueris et adultis carentibus usu rationis. cum tamen desit in eis voluntas ab ipso opus. Sed hoc speciali munere venit Dicit et paruulis innocentibus opus martiri susceptum sine voluntate. ex gratia christi fuit eis ad premium essenziale glorie et accidentale aureole. Regulariter autem ut dicit Augustinus. Omnis qui sue voluntatis est arbiter constitutus. non potest nouam inchoare vitam. nisi peniteat eum veteris vite. de pe. disti. j. Tres actiones. Etum ad tertiam partem. quando. scilicet sit opus exterius voluntate tepescens. id est opus ipsum eligente. sed non in quantum meritorium vel demeritorium est in tendente. quod contingere potest in bonis et in malis actibus. quibus ex ignorantia quandoque ex certa scientia. Et in his quidem que sunt de genere malorum. potest esse duplex ignorantia. scilicet iuris. et facti. Et si adest ignorantia iuris diuini vel naturalis vel eorum que scire tenetur secundum statum suum. opus malum factum ex tali ignorantia et per consequens sine voluntate. in quantum opus ipsum est malum: non excusat a toto et si a tanto. Et in his verificatur illud apostoli Ignorans ignorabitur. et de hoc. j. que. iij. §. ultimo. Exempla sume in Paulo. qui persequeretur ecclesiam dei. arbitrans exinde obsequium se prestare deo. Sed ut ipse dicit ignorans fecit. nec propter hoc se excusat: sed accusat de peccato. Similiter et filie loth cum inebriauerunt patrem ut ex eo conciperent. quibus putauerunt sibi licere. credentes totum mundum submersum. sicut et sodomita. non excusantur a peccato incestus propter ignorantiam illam: sed fuit ignorantia iuris naturalis. xv. questi. j. Inebriauerunt Similiter ordinatus in sacris si dimitteret officium. ex eo quod nescit se ad hoc obligatum precepto ecclesie. ut patet extra. de cele. mis. dolentes. non excusatur a mortali. quibus non intendat neque velit illam omissionem officii in quantum peccatum. imo si sciret non omitteret. Sed quia negligens est voluntas ad inquirendum que scire debet: ideo ei imputatur ad peccatum. ut habetur. dist. xxvij. §. ultimo.

¶ Etum autem ad ignorantiam facti. notanda est distinctio decretistarum que ponitur. dist. l. c. de his. et extra. de homici. sicut dignum Et delictum. quod aut quis in facto quod agit dat operam rei illicite. aut licite. Et si dat operam rei illicite: puta. quia solaciatur aliquo ludo periculoso unde sequitur mors vel mutilatio quibus illud malum non velit. tamen quia vo-

lute ludum. illum ludum. unde secutus est. ei imputat. et quo ad peccatum. et quo ad irregularitatem. et quo ad penā iudicialē. Similiter si cecus sagittā vel lapidem iaceret. ei imputaretur. quia dat operam rei illicite. **U**n et lamech quādo sagittā occidit chaym existimans eum feram siluestrem nō hominem: quia cecus erat. Sed a puero quē secum ducebat ut fera indicatus fuit. nō excusat a peccato. **I**de potest dici de minori dolica paci: quāvis etatis non pfecte et dante operā rei illicite. quod dictū est de maiori et adulto ut extra. de delic. pu. ca. vlti. **S**i vero dat operam rei licite. tunc aut adhibuit debitā diligentiam. aut non. Et si non adhibuit debitam diligentiam. non excusatur a peccato. licet malū sequens sit contra ei' voluntatem: puta si quis projiciat tegulas de tecto ad ipm repandum. et nō ponat aliquod signū ante domū. nec dicat aliquid cum proicit. et sic cum vna ipsarū interficiat transeuntem p viam. Aut si quis projiceret lapidē ab aīa: lia bruta: et non respiciens transeuntem p viam. a casu interficeret aliquē contra voluntatem suā. ei imputaret peccatum et pena iudicialis: quia non adhibuit diligentē sollicitudinem ad opus illud iactationis. **U**bi vero adhibeat debitam diligentiam opi licito. Si qd malū a casu ptingat. nō ei imputat. puta. si quis incidendo arborē. dum eā profecerit. alius subito transit subtus eam. et sic perimitur. cum tñ ille non videret eum nec haberet extimare aliquē transiturum inde. ut dis. l. Depe. et. xv. q. j. Si quis nō iratus. **U**nde et Jacob excusat in cognoscendo lyam. que non erat vxor sua loco rachelis vxoris sue. **I**n his aut que sunt de genere bonorum factis ex ignorantia iuris vel facti. non habet meritum. ex quo ibi nō est voluntas seu intentō ad meritū actualis vel habitualis. Ad quod facit quod ait Ambrosius. Nō satis est benefacere. nisi id ex bono fonte. i. ex bona voluntate proficiscat. dis. lxxv. **N**on satis. Et Hiero. Deus voluntatem non opus respicit. s. sine voluntate. xv. q. j. Si quis non iratus. **V**erbi gratia. Si quis dat pauperi unū florenū elemosinaliter. volens dare tñ unū quaternū. opus istud factum etiam in gratia non habet meritū unius floreni: sed unius quaterni. quia voluntas non fuit ad florenū: sed ad quaternum. **S**imiliter si quis iret ad missam die festivo vel ieiunaret die instituta ab ecclesia. vlt' diceret officium existens ordinatus in sacris. nec aliqd horū facit actu vel habitu ut satis faciat pcepto ecclesie. **P**resupposito qd illud ignoret. vel etiā si scit. non habet intentōes ad illud: sed a casu vel ppter societate facit aliquod predictōz. talis in hmōi nō mereē.

ex quo non habet voluntatē ab illa opa. **D**icit em̄ auctoritas. de pe. bis. j. q. voluntas remunerat non opus. i. voluntas principaliter facit opus remunerandi. **Q**uod autē ad opera que fiunt ex certa scientia siue in bonis siue in malis. imputant ad meritum vel demeritū inq̄tum voluntas assentit operi. et si non ipsi operi inq̄tum meritorium vel demeritorium. quod habet in coactione conditionali. **V**erbi gratia. **D**atur infideli op̄o ut aut recipiat baptismum aut occidat vel amittat sua bona. eligit talis baptizari ne pbat vitam vel bona. **I**n huiusmōi ope bono. iste non acquirit nec meritum nec salutem. ex eo qd non habet voluntatem ab op̄o baptismi suscipiendū. inq̄tum bonum est et salutiferum ar. ad hoc. de pe. bis. j. tres actōnes. **S**imiliter in malis operibus. **Q**uis em̄ aliquis non velit aliquo modo opus malum facere. inq̄tum malum et demeritorium. tamen assentit opus agere quod scit esse malum: ne incurrat aliquod damnū. tale opus non excusatur a peccato. **V**erbi gratia. **P**erierat quis ne amittat suam causam iustam. qui tamen alīs nullo mō vellet peterare. **A**d quod optime facit quod ait Augustinus. **S**i diligenter inspiciatur. forte ipsuz peccare nemo velit: sed ppter illud quod vult peccat. **O**mnes quippe homines qui scientes faciunt quod nō licet. vellent licere. **U**sq̄ adeo ipsum peccare nemo appetit. ppter hoc ipm sed ppter illud. quod ex eo consequitur. xv. q. j. merito. **U**nde et lucretia nobilissima romana. que assentit filio tarquini in adulteriū. ne incurreret infamiam adulterij. ex eo qd ille minabatur ei qd si non assentiret interficeret eam et unum ex servis iuxta eam. et diceret marito suo collatino. qd eos interficerat. quia inuenerat eos pariter cōmisceri. **O**b vitandam igitur talem infamiam assentit operi nephario: de quo tamen tantaz displicentiam habuit. qd ppter hoc corā panguineis suis se occidit. **N**on excusatur a peccato adulterij: quia potius debet quis omnia mala tollerare q̄ malo cōsentire. s. peccati. ut dicit Aug. xxxij. q. v. Ita ne.

Quod ad terciā par. **S. iij.** tem prime et principalis divisionis. cū. s. voluntas repitur cum opere exteriori. **S**ciendum qd voluntas ipa naturaliter semp pcedit actū exteriorē: sicut causa pcedit suū effectum et tanq̄ regina potentiarū et omnibus alijs habet imperare sm doctores. **T**empore vero aliquādo voluntas est simul cum opere. aliquādo in diuerso tempore. **E**t qñ est simul cū opere exteriori vel imediate exequitur ipm. p vno actu meriti vel demeriti computatur. **S**ed completius et grauius in ipso opere exteriori. ut dictum est supra.

186

puta cum quis volens furari, subito querit furtū facere. Vel cum quis volens orare vel elemosinam dare, ponit se ad orandum vel dandum elemosinam. Sed cum voluntas et opus sunt in diuersis temporibus, medio interuallo, infra quod mens diuertit ad aliud reputantur ut duo bona vel mala. *fm De. de tarantasia. Clerici gratia. Dabet quis voluntatem fornicandi vel occidendi et huiusmodi, et dum tale malum deliberat agere, occurrunt sibi alie voluntates et occupationes varie in quibus imoratur, deinde occurrente sibi oportunitate, perpetrat illud malum quod voluntas decreuerat, s. fornicationis vel homicidij, ibi sunt duo peccata mortalia. Primum quāto voluntate decreuit illud agere. Scdm̄ quando illud perpetravit quod nō fuit sine voluntate iterum deliberante. Unde et pro utroq; a deo punitur. In iudicio autem humano punitur tm̄ secundū quando est contra leges vel canones. Et primum probatur vel ex se notorium est. Dicit em̄ lex, q; grandis ratio suadet ut maleficia puniantur, ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. Et ut pena vnus sit metus multorum, ix. q. iij. ca. Si autem, Et. ff. de penis. l. aut damnatum. Nam si ea que male usurpant omittimus, excessus viam alijs aperimus, di. xcij. ca. puenit. Propagant em̄ vitij nisi per correctionem discipline subsequantur correctio, xxj. q. ij. placuit. Et si pena pro tali crimine exterius commissio est determinata in iure tunc subdistinguentur. Quia aut iudex qui habet cognoscere est iudex delegatus, et talis qui non potest in pena dispensare, ut extra. de officio delegati. de causis, et de pen. c. licet. Et tunc penam illam lege taxatam mutare vel minuere non potest, ij. q. j. §. Notandum. Et propterea dicitur in auct. de iudi. §. oportet, q; iudex non debet esse mitior lege. Si autem pro vno eodemq; scelere diuerse pene de iure imponantur, tūc utroq; vno eodēq; tempore non est imponenda, extra. de iudi. Ac si clerici. Sed minor imponenda est, argu. de peni. distin. j. §. pene. Vel opus est gratificatione, extra. de parro. ca. j. Et illa imponatur que magis timetur, extra. ut lit. non pte. ca. quoniam frequenter. Quia ut dicit Augustin⁹. Hoc solum bene agitur, siue plectendo siue ignoscendo, dummodo mala vita hominum corrigatur, xxij. q. v. protest. Si vero est iudex qui habet merum imperium, et de illo crimine possit dispensare tunc poterit commutare vel minuere penam ut extra. de raptu. ca. in archiepiscopatu. et C. eo. ti. l. Et si seuerior. Dum tamē hanc diminutionem vel commutationem faciat causa cognita, et in ipsa sententię prolatione et non post. Secus autem si faceret non caus*

sa cognita vel post sententiam, quia tūc nō posset. Et in hac causarum cognitione habetur consideratio locorum et temporū personarum et cause, ac etiam multitudinis et etatis et scandali. Nam ex istis omnibus rigor iuris mitigatur, ut colligitur manifeste extra. de sen. exco. pueris. Et. lxxvj. disti. Tanta. Et. l. dist. ut constitueretur. Et. ij. q. j. In principio. Et extra. de transact. ca. ultimo. Item causa cognita ex predictis causis et iuribus poterit penam augmentare, et etiam quia multis crassantibus vindicta opus est, ff. de pe. l. aut facta. Nota etiam q; arbiter potest leges transgredi per legem d arbitris. l. Qualem. Si autem non est determinata a lege pene, tunc imponit arbitrio iudicantis, ff. de pe. l. hodie. Et extra. de offi. dele. c. de causis. ¶ In bonis videtur idē dicendum quo ad deū siue meritum. Hoc est q; voluntas bona cū opere exteriori subsecuto tūc habet suam plenā perfectionem. Unde et ad maiorem remunerationem. Et hoc est qd dominus requirit dicens Mat. vij. Nō omnis qui dicit mihi domine dñe intrabit in regnū celoz; sed q; fecerit voluntatem patris mei. Primum em̄ domine refertur ad voluntatem siue ad affectionem, qua quis vult bonum. Scdm̄ domine refertur ad locū bonum. Sed terciū refertur ad exteriorē bonam operationem, que exigitur cū adest possibilitas ut supra dictū est. Comparatur em̄ mens seu voluntas bene disposita bone arbori, de qua xpc̄ dixit in dicto ca. q; fructus bonos facit, non flores tm̄ affectionum, nec frōdes tm̄ verborum; sed et fructus exteriorum bonarum operationum. Flores em̄ si pulchri sint, non tamen pascūt. Unde deuota anima dicit in Cant. Eleniat dilectus meus in ortum suū, i. in mentem suā, ut comedat fructum pomozū suoz, non flores dicit. Custodiendi tamen sunt ne pereāt vel destruantur quia ex floribus sequuntur fructus. Iuxta illud Eccl. xxij. Flores mei fructus honoris et honestatis. Et propterea dicit sponsa in Canticis. Capite nobis vulpes paruulas, i. temptationes seu cogitationes fraudulentas sub specie boni subintrantes, tunc sunt paruule, i. in ipso principio occursum. Sequitur in textu, que demolliunt vineam nostrā, i. flores eius. Unde et sequit. Nam et vinea nostra floruit. Similiter etiā frōdes arborum nō pascūt homines, quos aliquāto medicinalia sint, ppter quod dicit Apoca. ultimo. Folia ei⁹ ad sanitatem gentiuz. Sic et bona verba, quos auditoribus plerūq; p̄sint. Si sint sine fructu operū, profūt quos auditoribus; sed non pascunt spūaliter facientem vel ipsum deum. Unde in figuram, cum semel dominus ihs xpc̄ esuriēs ab arborem

fici acceberet. quia non inuenit ibi fructus sed tñ folia. maledicens subito exiccata est Matth. xxj. Ad significanduz. q̄ qui habent tñ verba et non facta. a deo reprobantur. Requiritur ergo ad bonitatem arboris: ut producat non solū flores bonarū voluntatum seu desiderioꝝ et frondes salutariū locutionū: sed et fructus etiā bonarū opationū. Unde Jaco. in sua epistola cano. Osten- de mihi fides tuā ex operibꝫ. Et quales sint fructꝫ boni p̄ducti ab arbore bona. ostēdit p̄s. cū ait. Erit tanq̄ lignū qd̄ plantatū ē se- cus decursus aquarū. qd̄ fructū suūz dabit in tempore suo. Ubi tria possunt notari. Primo dispisitiō laudabilis ex p̄te sui signatur. ibi. Erit tanq̄ lignum. Secdo ifusio gr̄e optabilis ex p̄te dei ifinuat ibi. Quod plantatū est secꝫ decursus aquarꝫ. Tercio operatiō imitabilis ex p̄te futuri demonstratur. ibi. Quod fructū suū q̄.

Quertum ad primū lignū. §. v.

appellat hominē ratiōnalē. Unde homo grece dicit̄ antropos. i. arbor reuersa. Nā ubi arbores iratiōnales habent radices in terra et ramos versus celū. arbor ratiōnalis. i. hō ecōuerso situat̄. Nā caput cū capillis qd̄ est quasi cippus cū radice. ē versus celū. et brachia cū manibꝫ. tibiē cū pedibꝫ et digitis que sunt quasi rami et ramusculi. sunt versus terram. ut sciat et considerat se ex ip̄a sui dispositiōne corporis. mentē et cogitatiōnes habere ab celestia. Juxta illud. Os hominū sub- lime dedit. i. faciem celūqꝫ videre. Ac etiam dū p̄uersat̄ in terra. multiplicare bona opationū. orationū. elemosinarū. et huiusmodi. Juxta illud Eccl̄s. x. Quodcūqꝫ p̄ ma- nus tua instāter opare. quia nec opus q̄.

Plantatū est aut̄ tale lignū secus decur- sus aquarꝫ. q̄ ab scdm. Cū videlicet est circū datus aqua diuine gratie: que multiplex est in effectu et currens: quia habentem facit prompte opari. Juxta illud Ambro. Nescit tarda molimina sp̄s sancti gratia. Hec ē aq̄ de qua dñs dixit s̄amaritane. Om̄is qui bi- berit ex aqua quā dabo ei nō siciet Jo. iij. s. terrena ea inordinate amāto plusq̄ deum et merito: quia ex hac aqua procedit triplex alia aqua. s. sapientie. penitentie. et paciētie que mirabiliter reficiunt. Et de aqua sapiē- tie dicit sapiens de iusto habente gratiam. q̄ dñs aqua sapientie salutaris potauit illū Hec ita reficit mentem gustu diuinorꝫ i me- ditando. in legendo. in audiendo. quod ut dicit Bern. gustata suauitate spiritus. quod fit per sapientiā desipit omnis caro. De aq̄ penitentie seu lacrimarꝫ dicit p̄s. Flauit sp̄s eius. i. gratia spiritus sancti in mente. et fluent aque lacrimarū quibꝫ peccata purgant̄

fm Criso. de pe. dist. j. Lacrimae lauant delictū. De terciā aqua dicit̄ figurate Exo. xij. Aque erāt eis p̄ muro a dextris et sinistris. Sicut aqua refrigerat. ita patientia super omnia alia. a dextris. i. aduersis spiritualibus. ut temptationibꝫ et angustijs. et a sinistris. i. aduersis temporalibꝫ. ut paupertate. fame. siti. frigore infirmitate. In omnibus his qui patienter fert non posset habere melius refrigeriū in anima. et etiā quo ad corpus multum mitigatur pena. Et hoc patet ex martiribus. qui in penis gaudebāt refrigerati ex patientia. Unde qñ medici nesciunt quid amplius faciant infirmo. p̄ ultimo remedio confortant eum ad paciētiā

Quo ad terciū lignum istud facit fructū dicit p̄s. i. opus bonum. quia primo cum recta intentione. Et ideo dicit dabit fructum. Arbor em̄ si sibi retineret fructus i ea marcescerent: sed dando alijs et sibi p̄dest. Sic mens bene disposita et in gratia subdata fructus operum suorum non sibi attribuit: sed deo: ab eo recognoscēs. Nec sibi tñ laborat sed et proximis suis: et sic dat fructum. nō retinet sibi. Secdo operatur cum ratiōe. Unde dicit dabit fructum suūz. Fructus enim hominis qui est animal rationale. p̄rie est actus procedens a ratiōe. Ratio aut̄ (ut dicit sapiens) semp̄ deprecatur ad optima. i. istigat. Mala opera nō sunt p̄rie fructus ho- minis: sed fructus siluestres. cibus bestiarꝫ. Tercio arbor bona et rationalis. facit op̄ cum debita obseruatione. s. circūstantiarū. Unde dicit. Dabit fructum in tempore suo. Nullum enim est virtuosum opus. nisi debitis circūstantijs vestiatur. scdm̄ tho. scda scda. Inter quas circūstantias est debitum tempus. Unde Eccl̄s. viij. Omni negotio tempus et oportunitas. Aliqui em̄ nimis cito exequuntur quod voluntati occurrit. nō considerantes quid inde mali possit contingere quibus accidit sicut arboribus amigdalibus vel alijs. que cum nimis cito incipiunt flores re supueniente pruina vel s̄mbre amittūt flores et fructus. Alij vero nimis tardant ad exequendam bonam voluntatem. prope quod aliquando vel flores desideriorum cadunt et nō reddunt fructū. vel fructus faciunt serotinos nimis. qui cōmuniter nō maturescunt. quia non sunt in tempore suo. Dona igitur arbor id est bona voluntas gratia informata. producit flores bonarū affectionum. et sic primo dicit: domine. Pro- ducit scdo frondes bonarum locutionum. et sic scdo dicit: domine. Producit terciō fructus bonarū opationum cum recta intentione. cū humana ratiōe. cū debita circūstantie obseruatione. Et sic tanq̄ lignum plan- tatus secus decursus aquarū. dans fructū

Quintum ad primum dicit. S. xj.

Job. viij. Uocabis me. scilicet per mortem. et ego respondebo tibi hinc migrando. Et ut dicit **Cyprianus.** Qualem te inuenit dominus cum uocat. talem te iudicat. Uocat autem ipse deus prius nos in vita presenti ad laborandum in uinea ecclesie. et varie. Nam aliquos uocat ad necessarios obseruationes. Aliquos ad perfectorum conuersationes. Aliquos ad plurimorum gubernationem. Et de primo potest illud intelligi. Deus de celo dominus locutus est: et uocauit terram. id est hominem. Et hoc a solis ortu usque ad occasum. id est a principio quod sol intelligente oritur ei. usque ad occasum senectutis. Uocat autem ad tria obseruanda omnino necessaria. scilicet ad fidei creditorem. spem eternorum. et dilectionem dei et proximi. Et de his in figuram dixit **Moses Exod.**

iii. Dominus deus hebreorum uocat nos. Etiam trium dierum ibidem in solitudine. scilicet uite presentis. Etiam trium dierum est opera illarum trium uirtutum. et sic imolamus deo nostro sacrificium sibi gratum spiritualiter. Nam de fide dicit **b. Petrus.** in canonica sua. De tenebris. scilicet infidelitatis nos uocauit in admirabile lumen suum. scilicet fidei. De spe dicit apostolus. Deus uocauit nos in eternam gloriam suam. scilicet ad sperandum eam. De caritate. **i. Cor. j.** Uocati estis in societatem filij eius. quod utique est per caritatem. Facit autem ista uocationes tripliciter. scilicet per internam inspirationem. per beneficam largitionem. et uariam flagellationem. Que tria notantur **Prover. j. ibi.** Uocauit uos. scilicet per internam inspirationem. **Iuxta illud Apoc. iii.** Ego sto ad ostium et pulso. scilicet ad portam intellectus et uoluntatis. et pulso per instigationem ad bona opera. sed rennuistis. subdit deus. **Expandit manus meas.** nec fuit qui aspiceret. quo ad secundum. scilicet largitionem beneficiorum. **Expandit manus in creando.** secundum illud **Manus tue domine fecerunt me.** **Expandit in cruce redimendo.** **ps.** Eleuatio manuum mearum etc. **Expandit in gubernando.** sed non est qui aspiciat recognoscento. Et inter alia beneficia habet psallia et monita per predicationes. Sed desperastis inquit sapientia quam deus est: omne consilium meum. **Uocat per flagella.** **Greg.** in omel. Ecce tot flagellis atterimur. tot minarum asperitatibus deterrimur. et tamen uocamur. scilicet per hec flagella sequi premnimus. Et hoc est quod subdit sapientia. In crepationes meas. scilicet per flagella neglexistis. non emendando uos. Et subdit malum pueniens in non audiendo. et sequendo tales uocationes. Ego inquit in interitu uos. scilicet mortis eterne ridebo. Et ideo apostolus hortabatur dicens. Obsecro uos ut digne ambuletis uocatione quam uocati estis. **Quintum ad secundam uocationem.** scilicet ab statum perfectionis. dicit **Isa. xli.** Uocauit ab oriente iustum ut sequeretur se. Et loquitur de **Abraham.** cui dominus dixit **Gen. xviij.** Ambula coram me et esto perfectus. Uocauit autem eum ab oriente quoniam sibi dixit. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. et ueni in terram quam monstrauero tibi **Gen. xij.** Hec terra figurat statum religionis et perfectionis. ad quam quis uocatur debet tria facere in illis uerbis notata. **Debet enim primo egredere de terra.** id est de affectu terrenorum. ut non solum non habeat quod proprium. secundum illud **Aug.** Non dicatis aliquid proprium. sed sint uobis omnia communia. **xij. q. j.** Sed abrenunciat affectui inordinato omnium temporalium. honoris. potestatis. glorie. et huiusmodi. **Secundo debet egredi de cognatione sua.** de hac cognatione dicit **Job. xvij.** Putredini dixi pater meus mater mea et soror mea uermibus. Oportet ergo deserere etiam patrem appetitus sensualis. qui non querit nisi putrida. id est corruptibilia. et matrem curiositatis sensitue. et sorores et fratres passionum impugnantium. ac etiam affectum parente

carnalis. **Ante Ambro.** Nec est vera seclī fuga. alienatio carissimorum et abdicatio domesticorum. ut suis se abneget. xij. q. j. Cui portio. **Tercio** egredi oportet de domo patris sui. **Primus** pater noster cum terram ingredi mur est diabolus. cuius originale peccatum filij dicimur. **Domus** eius propria voluntas et superbia. quam continue inhabitat. **Et** hanc etiam oportet deserere per humilitatem et veram obedientiam. **Et** hanc vocationem cum sit ad terram promissionis. i. vitam eternam ut dicit **Petrus** in canonica sua. satagite per bona opera. certam facere vocationem vestram. **Tripliciter** autem vocat deus ad hominum statum. **In** cuius figuram **Samuel** diuino cultui mancipatus ter fuit a domino euocatus. ut habet. **1 Reg. iij.** **Aliquos** ei vocat ad hominum statum ob alicuius miserie euasione. **Et** sic fuit vocatus abbas **Moyſes**. ut habetur in collationibus patrum. **Nam** cum fecisset furtum et quereretur ad mortem. ut euaderet habitum religionis assumpsit. **Sed** postea timore seruili deposito. magnam apicem perfectionis apprehendit. **Secundo** aliquos vocat per doctrine eruditionem. et sic vocatus fuit beatus **Antonius**. **Cum** audiuit in ecclesia legi. **Si** vis perfectus esse etc. **Sic** et **Barnabas** et plures alij discipuli profecti sunt ad predicationem apostolorum **Act. iij.** **Tercio** vocantur alij per specialem reuelationem ut **Paulus**. qui de se dicit. **Cum** placuit ei qui me segregauit ex utero matris. et vocauit per gratiam suam ut reuelaret in me filium suum etc. **ad Gall. j.** **Sic** etiam ut habet in vitis fratrum. de quodam studente bononie. qui in somno visum est sibi esse supra pratum latissimum. et superueniente maxima tempestate. cum huc illuc fugiendo discurreret. nec scire potuisset in domo ubi habitabat veritas. nec in domo iusticie. nec etiam misericordie. **Demum** ad domum pacis veniens. consuluit sibi ad euadendum mortem. qui iret ad domum predicatorum: ex qua visione intellecta ille factus est frater. **Uide** ergo vocationem vestram ait apulus. **1 Corinth. j.** **Quod** ad tertium dico quod vocantur aliqui ad aliorum gubernationem. scilicet per prelationem. **Ante** ad **1 Cor. v.** **Nec** quisquam sibi sumat honorem sed qui vocatur a deo tanquam **Aaron**. **Non** dixit quod se ingerit: sed qui vocatus est a domino. **Ante** **Greg.** **Sicut** qui inuitatus rennuat. quesitus refugit. sacris altaribus est ad mouendum. sic qui vltro ambit vltro impetune se ingerit est perculsio repellendus. **vij. q. j.** **In** scripturis. **Et** sicut apostoli qui fuerunt primi prelati ecclesie. ter fuerunt a domino euocati. ut patet **1 Cor. j.** **Matth. iij.** **Luc. v.** **Sic** etiam vocat quos a domino in prelationem tripliciter. videlicet vel per canonicam electionem. de qua ex. de elect. **Cum** in cunctis. et. c. **Quia** propter. **Vel** per superioris et se impositionem. **Vel** per diuinam reuelationem

ut patet. **b. Nicolao. 2. b. Severo. 2. Ambro.** **Et** in tali vocatione debet quos assimilari **Aaron** in sua vocatione. ut videlicet: sicut virga **Aaron** fronduit. **Roruit.** fructus produxit. ita et prelati habent in frondibus sane doctrine. in floribus modestie et bone fame. in fructibus operationis virtuose. **Sed** heu quia potest dici illud saluatoris. **Multi** sunt vocati in istis variis vocationibus. scilicet necessarie obseruationis. religionis. et prelationis: pauci vero electi **Matth. xij.** quo. scilicet ad consecutionem premij. **Et** hoc quia impediuntur vel per carnalia opera. vel per diuitias nimis amatas. vel per curiositatem et superbiam: figurati per eos qui vocati ad cenam noluerunt accedere. ut habet parabolice **Luc. xij.** **De** quibus dicit. **Nemo** visorum illorum. scilicet qui inuitati fuerunt venire voluerunt. et ideo non gustabunt cenam meam. **Abi** notatur et humana iniquitas in non veniendo. **ibi.** nemo visorum illorum. **Et** diuina benignitas in assertiendo. **ibi.** qui vocati sunt. **Et** secunda infelicitas. **ibi.** non gustabunt cenam meam. **De** qua **Apoca. xix.** **Beati** qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt.

Quod ad secundum. **S. vij.** **ubi.** scilicet dicitur. **Operarios.** notat humana exercitatio. **Homo** enim nascitur ad labores auis ad volandum. ut dicit **Job. v.** **Ante** et de primo parente **Adamo** dicitur. quod deus posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur **Gen. ij.** **Vinea** autem in qua operantur homines significat ecclesiam. **fm Grego.** et alios doctores ecclesie. **Et** hec vinea plantata fuit in lege nature. **In** cuius figuram legitur. quod **Noe** cepit exercere terram et plantauit vineam **Gen. ix.** **Potest** etiam significare animam. **Vinea** domini **sabaot** domus **israhel** est **Isaie. v.** **Domus** **israhel** ab litteram erat populus iudaicus. qui descendit ab **israhel** qui alto nomine vocatus est **Jacob**. **Et** in illa familia **Jacob** remanserat verus cultus dei et consequenter ecclesia: alijs declinationibus ad idolatriam nationibus. **Spualiter** autem domus **israhel** est congregatio fidelium bonorum. qui deum videt viua fide. **Israhel** enim interpretatur videns deum. et **Jacob** supplantator. scilicet videtur: et utriusque fit viua fide. **Hec** autem vinea habuit initium **fm Grego.** ab **Abel** iusto. **Quis** enim primi parentes (ut creditur) egerint penitentiam de peccato in obedientie sue. ut dicitur de penit. **bis. j.** **Sicut** primi. et sic pertinuerint ad vineam istam: non tamen dicitur inchoasse in eis. quia primi fuerunt ad destruendum ne videatur initium habuisse a peccatoribus. et habebit finem in ultimo iusto. **Et** sciendum. quod ipsi boni fideles. cuiuscumque nationis et temporis. et vinea dicuntur et cultores vinee. diuerso respectu. **Vinea** sunt. in quantum coluntur et exercentur a deo. a seipsis per libere arbitrium. et a su-

perioribus suis. Cultores ipsi vinee dicuntur. inquitum exercent potentias anime sue. et primos suos monitis et exemplis. Sicut etiam dicitur domus dei. fideles boni et habitatores ipsius domus. ut dicit Hieronimus. Transplantata autem est sub lege scripture seu mosaica. et de hoc ps. lxxix. Vineam de egipto transplantasti: eiecisti gentes et plantasti eam. Quia videlicet dominus populum iudeorum qui erat in egipto sub servitute pharaonis. eductum de egiptiaca servitute datus ei lege in deserto. conduxit in terram promissionis: prostratis et devictis nationibus chananeorum qui ibi habitabant.

Fuit autem multiplicata et mirabiliter dilatata per orbem ista vinea tempore gratie per apostolos. dei virtute. Unde ps. Dux fuisti ei in conspectu eius plantasti radices eius et implevit terram. Dicitur autem vinea quodammodo itinerare. dum paulatim crescit et extenditur. Sic ecclesia ex ubertate palmitum procedentium a christo et apostolis. mundi iam circumplexum ambitum. Radices autem plantavit. quoniam apostolos in diversis locis posuit ad predicandum et fructificandum. et sic implevit terram. et appellata est vinea ista ecclesia. Plantavit autem vineam istam dominus deus sicut ipse ait Hierem. ij. Ego te plantavi vineam electam. omne semen verum. scilicet virtutum in te ponendo. Providit autem ei de tribus ad utilitatem ipsius. ut habetur parabolice Math. xxi. videlicet de custodia angelorum. que figurat per sepe quod circumdedit ipsi vinee. ut ibi dicitur. Quis enim singulis hominibus fidelibus et infidelibus sint ad custodiam singulares angeli deputati: ultra hoc tamen specialiori modo et diligentiori ecclesie assistunt ad custodiam et defendendum a contrariis: ut patet in veteri et novo testamento per multa exempla. ut de angelo qui prescedebat populum hebreorum in suis itineribus Exodi. xiiij. Et de angelo qui eripuit Petrum de carcere et de manu herodis Act. xij. Secundo providit de regimine spirituali sacerdotum quod figuratur in illa parabola per turrum in medio vinee edificatam. ad intuentum et ostendendum insidias inimicorum. quod tantomelius agunt quanto altiores sunt sanctitate et peritia. Et in lege nature primogeniti erant sacerdotes ut dicit magister in historia scolastica. Et de Melchisedech qui erat rex salem: et obtulit Abrabe panem et vinum in figuram excellentissimi sacramenti ecclesie. dicitur quod erat sacerdos dei summi Gene. xiiij. quem hebrei dicunt esse primogenitum Noe. scilicet Sem. In lege mosaica primus sacerdos et pontifex fuit Aaron. offerens panes cum alijs sacerdotibus deo suo et sacrificia. in signum veri sacrificij ihesu christi. In lege gratie primus sacerdos et pontifex summus post christum fuit Petrus apostolus. Et licet multi sacerdotes et

prelati fuerint et sint mali. de quibus dicit Hieremie. xij. Pastores demoliti sunt vineas meas. scilicet malis exemplis tamen monitis et sacramentis custodiunt vineam ecclesie. Tercio providit de declaratione agendorum. et hoc per leges designatas per torcular. Nam sicut torcular premit. et premendo separat vinum a superfluitate corticis vite. Ita lex premit conscientias. et remordendo separat virtutes a vitijs. Virtutes conservando. vitia abijciendo. Agebat hoc patrum lex naturalis ex instinctu rationis. Sed quasi deleta esset talis lex scripta in cordibus. propter habundantiam iniquitatis ut legere nescirent in ea: addidit plantator huius vinee ecclesie dominus deus legem mosaicam: scribendo in tabulis lapideis leges decem preceptorum. que dicuntur ratio naturalis. Et quia in processu temporis scribere et pharisei perverterant verum intellectum ipsius legis cum suis falsis expositionibus. ut patet Math. quinto. sexto et septimo capitulis. Ideo christus superaddidit legem evangelicam. legem amoris. auferendo falsas expositiones divine legis. et evacuando ceremonialia per adimplerionem in se et populo suo. ac etiam addendo consilia.

Operarij autem in hac .s. viij. vinea sunt non solum prelati: sed et quicunque alij. Sed tripliciter operantur homines erga vineam istam.

Aliqui nequiter ad devastandum.

Aliqui excellenter ad fructificandum.

Aliqui legitime ad degenerandum.

Primi operarij sunt mali. de quibus psal. vindemiant eam. scilicet vineam omnes qui pretergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silva. Singularis ferus devastavit eam. Ubi notantur tria genera devastantium vineam ecclesie et his omnibus redditur merces eterne damnationis. Sicut Judas recepit mercedem iniquitatis.

Et primi sunt hypocrite et simulators. ibi. vindemiant eam.

Secundi tyranni persecutores. ibi. exterminavit eam aper de silva.

Tercij heretici et perversores. ibi. singularis ferus devastavit eam.

Primi sunt omnes qui habent fidem sine operibus que mortua est. et sic cum nomen habeant quod vivunt ratione christianissimi: tamen mortui sunt ex defectu operum. ut dicitur Apocalipsis. ij. Qui pretergrediuntur viam mandatorum dei. et vineam vindemiant. querentes fructum sibi. non deo: sibi. scilicet sue sensualitati et qui sunt hi hypocrite facientes contra iusticiam qua colitur vinea ecclesie. Et qui sint tales insinuat Ciprianus in libro de obedientia abusionibus: dicens. Sapiens sine opere

Capitulum

ribus. **S**enex sine religione. **A**dolefcēs sine obedientia. **D**ives sine elemosina. **F**emina sine pudicitia. **D**ominus sine virtute. **X**pianus contentiosus. **P**auper superbus. **R**ex iniquus. **E**piscopus negligens. **P**lebs sine disciplina. **P**opulus sine lege. **P**er hec inquit suffocatur iusticia que est oīs virtus. **S**apientia hic dicitur perit in aliqua scientia precipue morali et theologica. **E**t cum finis talis scientie sit opus bonū. propter quod dixit xpc Jo. xiiij. Si hec scitis. beati eritis: si feceritis ea. **P**ariter igit non habens opera virtuosa. abutitur scientia. et destruit operibus suis malis: seu furatur fructum vinee domino: et plusquam alij imperiti. quia ad horum exempla multū attribuitur. **E**tas senectutis vita immaculata. ut dicitur Sapi. iij. f. esse debet. tum quia naturaliter passiones in ea mortificant. tū quia exemplum ceterorum: ut iuuenū esse debet senex. tum quia pedes habet in fouea et iteo sollicitissimus in operibus religionis xpianae. s. orare. visitare ecclesias. frequenter confiteri et communicare. predicationes frequentare. et huiusmodi. **Q**uod si non fecerit sed insitit lucris. lasciujs. tabernis. et huiusmodi. utiq; se et alios suo exemplo: destruit vineam. **E**t sibi potest illud inuehi. **I**nueterate dierum malorum nūc venerūt peccata tua **D**aniel. xiiij. i. nunc punientur. **T**ercia abusio est adolescens sine obedientia. **N**il ita necessariū et utile adolescenti. siē subijci suis maioribus et obedire. **P**ropter quod dicitur **T**ren. iij. Bonum est viro. si portauerit iugum ab adolescentia sua. scilicet subiectionis et obedientie. **S**icut enim virgula viridis flecti potest ad omnes partes defacili. et sicut cera mollis omnem signum sigilli apta est recipere: ita et mens adolescentis facilliter flectitur ad bonum vel malū. et recipit dispositiones virtutum vel vitiorum: sicut eius conuersationem. **U**nde si egreditur terminos obedientie et subiectionis. sequens proprium iudiciū et libertatē. abutitur sua adolescentia: et disponitur ad peccationes. **J**urta illud **P**rouerb. xxiij. **A**dolefcens iuxta viam suam ambulans cum senuerit non recedit ab ea. i. si sequitur propriam voluntatem et in hoc perseverat: postea ita obdurescit. quod nescit ab ea recedere: nisi in ipsa adolescentia ab penitentia reuertatur et obedientiam. **S**icut egit adolescentior prodig. post consumptiones substantie reuersus ad domum patris. ut habet **L**uc. xv. **Q**uarta abusio est dives sine elemosina. **C**ū dominus deus concebat habundantiam bonorum temporalium aliquibus. ut dent pauperibus elemosinas. ut sic facientes sibi amicos de mammona iniquitatis: recipiant in eterna tabernacula. **S**i pauperibus non subueniunt. abutuntur substantia sua vindemiantes vineam ecclesie iniquitate

Secundum

2.17
putant indigentibus illa bona auferre. que elemosinaliter ipsis potuissent et debuissent concedere. **E**t notat **A**mbrosius. xlvij. di. **S**icut hi. **U**nde **A**postolus scribit **T**imotheo: dicens. **D**iuitibus huius seculi precipue bene agere. diuites fieri in operibus bonis. facile tribuere. concitare. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. ut apprehendant veram vitam. i. ad **T**imo. vj. **Q**uinta abusio est femina sine pudicitia. **I**mporat autem pudicitia honestatem in actibus et gestis exterioribus. quibus maxime decet mulieres habere. **J**urta illud. i. ad **T**imo. iij. **M**ulieres similiter oportet esse pudicas. non detrahentes. sobrias. **D**icitur autem pudicitia a pudore. i. verecundia. **E**t hanc. s. verecundiam permixtissime natura concessit mulieribus. tanquam optimum frenum. ad reprimendum lasciuas et vanitates eius. **U**nde **E**ccl. xxvj. **G**ratia super gratias mulier sancta et pudorata. **S**i ergo mulier pudicitiam dimittit abutitur conditione sua. et suis leuitatibus. tripudijs. cantilenis. fucis. ornatibus. et alijs modis vindemiat vineam ecclesie. a multis auferens fructum salutis. **S**exta abusio est. dominus sine virtute. **Q**ui aliquos regit temporaliter siue seruos. siue familiam. siue communitatem. dominus dici potest. **S**ed ut dicit saluator **J**oh. viij. **Q**ui facit peccatum seruus est peccati. **C**um autem quelibet virtus patitur detrimentum ab uno vitio. sicut **A**ug. de pe. dif. vj. c. vno. **Q**uinimmo et expellatur a vitio directe sibi opposito et contrario. sicut sanitas repellitur per infirmitates. et lux per tenebras. **I**deo si dominus. i. quicumque rector aliterius. sit sine virtute: seruus erit non dominus. et abutens suo dominio: et vindemiat ecclesiam suo malo exemplo. sibi subditos ad praua inducens. **Q**ualis enim dominus tales et ministri eius. **S**eptima abusio est. xpianus contentiosus. **N**omen xpiani deriuatum est a xpo. quod est nomen mititatis et pacis. qui scilicet xpc non contendit neque litigauit cum quoque. **E**t ad contentiones vitandam: tunicum auferenti non solum non repetere mantum sed et pallium dimittere **M**atth. v. **H**inc et apostolus ait. **S**iquis videt inter vos contentiosus esse. nos talem consuetudinem non habemus: sed neque ecclesia dei. **E**t **O**reg. in omel. **M**elius puto fore salua fide. aliorum intellectui credere. quam contentionibus deservire. **Q**ui ergo contentionibus vacat xpianitate abutens. vineam ecclesie fructu spirituali spoliatur. **O**ctava abusio est. pauper superbus. **P**auptas siue in temporalibus siue in spiritualibus est conditio deiectionis et vilificationis. **U**nde dicitur homini occasio quasi vrgens ab se humiliandum. et per ipsam humiliacionem sibi procurant et acquirunt vitam eternam. sicut illud **M**atth. quinto. **B**eati paupes

spiritu. i. humiles quoniam ipsorum est regnum celorum. Sed si pauper se exaltet. et destitutus bonis spiritualibus se alijs proferat. et velit ab hominibus honorari: abusus obditione sua. et sibi ac pluribus nocet. **Nona** abusus est. rex iniquus. ut dicit **Aug.** in libro de civitate dei. Remota iusticia. regna non sunt alijs nisi magna latrocinia. Spectat igitur ad dignitatem regiam iusticiam servare. et ibi suis ministris imponere. **Unde Sapi. vi. dicit.** Audite reges et intelligite. quoniam data est potestas a domino vobis. qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. quoniam cum essetis ministri regni illius. non recte iudicastis neque custodistis legem iusticie: et subbit. horrende et cito apparebit vobis. Injusticia vero est quedam inequalitas. Dicitur autem rex iniquus. i. non equus. Est autem equitas iusticia dulcore misericordie temperata. Quia ergo in regendo non servat iusticiam: terribiliter vindemiat vineam. destruens dei ecclesiam. **Decima** abusus est. episcopus negligens. **fm Aug.** Episcopus nomen est grecum. derivatum ab epi. quod est supra. et scopos quod est intentio. videlicet. quia multum vigilanter debet intendere gregi suo. viij. q. j. Qui episcopatum. **Unde dominus ad Ezechielem ait in persona cuiuslibet prelati ecclesie. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. Si dicente me ad impium morie morieris non annunciaueris. neque locutus fueris ut auertas a via sua impia et vivat: ipse impius in impietate sua morietur. sanguinem vero eius de manu tua requiratur. Nam ut dicitur per Leonem papam dis. lxxxviij. Inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referenda sunt. quam ad desideria negligentesque prelatos: quia multam sepe nutriunt pestilentiam: dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Episcopus ergo si est negligens. abutens officio suo. vineam ecclesie vindemiat fructum temporalium inde sibi vendicans. et de salute animarum nihil curans. **Undecima** abusus est. plebs sine disciplina. Disciplina aliquando sumitur per doctrinam. aliquando pro correctione vel morum compositione. Et his omnibus plebs indiget. **Unde Salomon puerb. j.** Fili audi disciplinam patris tui. i. doctrinam patris videlicet non solum carnalis sed magistri et prelati. et senioris de bono te instruens. Cum enim anima nostra nascatur ut tabula rasa. nisi doctrinam suscipiat. ignoranter et bestialiter oportet ut vivat. De disciplina autem correctionis siue flagelli dicit apostolus ad Hebreros. xij. Si extra disciplinam estis. adulteri non filii estis. Si enim homines et precipue plebes que modicam habent prudentiam et maturitatem prosperantur. et sine flagellis se repunt. abutuntur prosperitate et in multa mala incidunt. **Quodecima** abusus est. popul?**

sine lege. Quod intelligendum videtur quod ad eius observationem. Nam pauci populi sunt precipue inter fideles. qui leges aliquas non habent: sed paucissimi observant. Et similes esse videtur telis araneorum quibus capiuntur musce: sed a maioribus animalibus lacerantur. Cum tamen **Augustinus** dicat. Quicumque legibus imperatorum que pro dei voluntate feruntur obtemperare non vult. acquirit sibi magnam supplicium. Hi ergo omnes mali christiani. unde et hypocrite nequiter operantur in vinea ecclesie. Sed demum dicit eis a christo. Non novi vos discedite a me operarii iniquitatis **Matth. vij.** Et loquitur ibi de falsis prophetis. qui secundum originem significant hypocritas. **Secundi** nequiter operantes in vinea ecclesie sunt persecutores. de quibus potest intelligi illud **Job. xv.** ledetur quasi vinea scilicet ecclesia in primo flore hoc est in primitivo suo statu. Que lesio precipue facta fuit a tyrannis infidelibus. **Unde Psalmista. in predicta autoritate subdit. Exterminavit eam aper de silva. Aper** qui est animal ferox et silvestre. dilacerans et comminuens quod sibi occurrunt. significat romanum imperium. quod alia dominia dilacerans sibi subiugavit. et hic venit de silva. id est de gentilitate infructuosa. Hoc autem imperium exterminavit quantum in se fuit vineam ecclesie. querendo ipsam destruere. et ponendo extra terminos mundi per plures tyrannos imperatores. **Unde et Augustinus xvij. de civitate dei. refert ecclesiam dei decem magnas persecutiones fuisse passam ab imperatoribus romanis. figuratas per decem plagas egypti. Et ei unam tantum restare. scilicet eam que erit tempore antichristi. postquam liberabitur ecclesia plene de servitute mundi et diaboli. Sicut per undecimam plagam. videlicet submersionem Pharaonis cum exercitu suo in mari rubro plene liberatus est populus dei de egyptiaca fuiture. Prima igitur computatur a Nerone imperatore. sub quo principes apostolorum **Petrus et Paulus** coronati sunt. cum alijs multis. **Secunda** sub Domitiano. in qua **Johannes evangelista** post martirium quo missus fuit in insulam **Patmos** relegatus fuit. **Tercia** sub **Troiano**. in qua **Elemens** in mari submersus est. **Quarta** ab **Anthonio**. **Quinta** sub **Severo**. **Sexta** sub **Maximiano**. **Septima** sub **Decio**. **Octava** sub **Elateriano**. **Nona** sub **Aureliano**. **Decima** sub **Dioleciano** et **Maximiano**. Non autem negat ipse **Augustinus** se reprobare. quod istas decem persecutiones passam fuit ecclesia. Sed hoc reprobare. quod solum istas decem tantum fuerit passa. cum sustinuerit multas alias diversis temporibus. Et precipue narrat ipse **Augustinus** ibidem et de alijs abus factis. ab imperatoribus romanis. scilicet a**

Juliano apostata. et valente Arriano fratre
 Valentiniani. Sub his autem duodecim per-
 secutionibus exterminata est vinea ecclesie
 tum ad aliquos in parte: quia videlicet timo-
 re tormentorum a fide recesserunt. Extermina-
 ta est corporaliter seu quo ad vitam presen-
 tem. quantum ad innumeros fideles. qui pro fi-
 de martirio coronati sunt. Sed plantatis ra-
 dicibus. id est mortuis. et sub terra positis ipsis
 martiribus qui erant precipui in ecclesia im-
 pleta est terra fide christi: quia mirabiliter di-
 latata est ecclesia per orbem. Unde psalmus loquens
 in persona ecclesie de hominum persecutionibus su-
 is ait. Sepe expugnauerunt me a iuuentute
 mea. id est in statu primitiuo meo. dicat nunc is-
 rael. id est populus dei. Interpretatur enim is-
 rael videns deum. quod ecclesie congruit per fideles.
 Et non potuerunt mihi. id est auferre fidem et
 caritatem. Sed supra dorsum meum. id est fide-
 les quos sustineo. fabricauerunt. id est coronas
 perpetuas. per percussiones suppliciorum pec-
 catores. id est ipsi infideles. persequentibus et impu-
 gnantes prolongauerunt iniquitatem suam. id est
 augendo peccata sua. Sed demum deus concidit
 ceruices peccatorum ipsorum persequentium.
 superbiam illorum annihilando. et de mundo sub-
 lato deputando damnationem. Unde et ipsi fi-
 deles constantes in fide. figurati sunt per Na-
 both nabuthem: qui cum nolisset vineam suam
 tradere Achab regi idolatre petenti. demum
 false accusatus iniuste occisus est. Sed ipse
 Achab cum omni domo sua ad nihilum redac-
 tus est. iij. Reg. xxj. Sic et prelati ecclesie et
 alij veri fideles: nec precibus nec minis aut
 terroribus tyrannis acquieverunt. ut vineam
 ecclesie traderent in manibus eorum: acquiescen-
 do. id est perfidie eorum usque ad acerbissimam mor-
 tem resistendo. Et licet aliquando viderentur
 ecclesiam. id est fideles ad placitum possidere. de-
 mum ipsis regibus et tyrannis miserabiliter
 de medio sublatis. vinea ecclesie in sua liber-
 tate permansit. Et ut dicitur. j. Machab. iij. Co-
 turbati sunt omnes operarios iniquitatis. id est illi
 persecutores tyranni. Tercij operarij ma-
 li sunt heretici peruersores. de quibus figu-
 ratiue dicitur iudicum. ix. Habitatores si-
 chen egressi sunt in agros vastantes vineas.
 Sichen interpretatur laborans. et signat he-
 reticos qui laborant ad pervertendum alios.
 Hi egressi sunt de domo vel ciuitate unitatis
 ecclesiastice. in agros latos viciorum. ad de-
 vastandum vineas. id est plebes ecclesie. Ecclesia
 enim figurata per vineam. et una est et multe.
 Una unitate finis et fidei. multe ratione plu-
 ralitatis locorum et rituum in quibus dispersa
 est. Quos ut destructores cauere admonet
 apostolus ab Philipens. iij. dicens. Videte ma-
 los operarios. Et. ij. ad Corin. xj. Huiusmodi
 pseudo apostoli operarij sunt dolosi. transsi-

gurantes se in apostolos christi. Horum autem
 noxium opus in vinea ecclesie notat psalmus.
 in dicta autoritate quam inducit. Singula-
 ris ferus depastus est eas. Ferus dicitur ce-
 tus hereticorum. quia intellectum ferum et
 bestialem habent in suis doctrinis: et ferili-
 tatem crudelitatis cum possunt aduersus fi-
 deles exercent. Singularis dicitur hic ferus:
 quia singulares sunt in opinione. nolentes
 assentire communi sententie sapientum. Vel
 etiam singulares ex superbia. qua cupiunt
 ceteris anteferris in vita vel scientia: facien-
 tes se capita aliorum. Et hic ferus depastus
 est vineam ecclesie quantum ad omnes. qui er-
 rores eorum secuti sunt. qui incorporati cum
 eis. a deo et ecclesia damnati sunt. Omnes au-
 tem heretici in doctrinis suis duodecim ar-
 ticulos fidei scripti inueniunt. id est scriptum sensisse et
 dixisse alicui ex duodecim articulis directe vel
 indirecte. principaliter vel reductiue.

¶ Equidem primus singularis ferus qui de-
 pastus est. et multas vites destruxit de vinea
 ecclesie. docens contra primum articulum fi-
 dei. fuit Arius: asserens tres personas diui-
 nas essentialiter differentes. quod tres deos et
 tres essentias diuinas. maioremque unum al-
 tero. Contra illud Deuteronomij. vj. Domi-
 nus deus tuus vnus est. Quod ecclesia fate-
 tur in simbolo: dicens. Credo in vnum deum.

¶ Secundus ferus singularis fuit Sabel-
 lius hereticus. contra secundum articulum
 dogmatizans. et asserens patrem et filium et
 spiritum sanctum vnam esse eandemque perso-
 nam. que aliquando vocatur pater. aliqua-
 do filius. aliquando spiritus sanctus. Cuius
 fallacia destruit Iohannes: dicens. Tres sunt
 qui testimonium dant in celo. pater. verbum.
 et spiritus sanctus. j. Iohannis. v. Tres scilicet
 persone. quod fateatur ecclesia non solum in
 simbolo apostolorum. sed etiam in simbolo
 Athanasij ubi dicitur. Alia est persona pa-
 tris alia filij alia spiritus sancti.

¶ Contra tertium articulum scilicet creati-
 onis rerum. locutus est ferus ille qui dicitur
 est Manicheus. fingens diabolo instigante.
 et ponens duo prima principia rerum. Eum
 videlicet principium inuisibilem. et hoc esse
 deum dicit. Aliud principium scilicet visibi-
 lium. hoc asserit esse diabolum. Cuius con-
 trarium asserit sapiens Salomon: dicens. Qui
 viuunt in eternum. creauit omnia simul. quod
 fateatur ecclesia dicens. Creatorem celi et ter-
 re visibilium omnium et inuisibilium.

¶ Contra quartum articulum. id est sanctam ec-
 clesiam catholicam sanctorum communionem etc.
 Que sanctificatur utique per gratiam sacramenta-
 lem. dixit alius ferus Pelagius dicitur asserens prin-
 cipaliter per proprium arbitrium posse saluari. Pro
 contra eum dicit apostolus ad Ro. Gratia dei

salui facti estis p fidez et hoc non est vobis. Et illud ad Thitu. iij. Non ex operibz iusticie que fecimus nos: sed fm suam misericordiam saluos nos fecit. per lauacru regenerationis etc. Quintu articulum. s. carnis resurrectione. ferus quidaz vt ponit Greg. in moral. hereticus impugnavit dicens. In futura resurrectione recepturos nos esse carnem. no veraz: sed aeri et vento similez. Quz elidit Job dicens. In carne mea videbo deū. que vilur sum ego ipe et no alius. i. no mutatus alia carne. Sexto qui est d vita eterna. contraxit quidam hereticus cu sequa cibo suis. querens depascere vineam ecclesie. dicens deū non videri p essentialz suam a sctis. i. qua visione essentiali pstitit vita eterna. fm illud Job. xvij. Nec est vita eterna vt cognoscant te solum deū etc. Sed dicebat solum p quandaz speciem vel similitudinē videri. Cui Job. in canonica. j. imponit silētiū dicens. videbim eum sicuti est. Contra septimuz. s. q dei filius est conceptus de spiritu sancto. natus ex virgine. ferus ille dicit. Deibion locutus est. dicens xpm no de spiritu sancto nec de virgine conceptum. sed ex commixtione viri cum muliere. Quz euāgelista iugulat dicens Math. j. Quod in ea natus est. de spiritu sancto est. Octauū respuens. s. xpm filium dei passum et mortuū. Machometus pessimus ferus cum suis sarracenis. dicūt xpm non fuisse passum et mortuū. cum dei filius et impassibilis. Sed Daniel obstruit os eoz dicens. Occidetur xpc. etc. Dan. ix. Et Petrus. Xpc passus est pro nobis etc. Passus est autē fm humanitatez assumptā. non fm deitate. Nonū vitetur destruere ferus ille. qui dixit xpm animaz no habuisse. sed loco anime fuisse deitatez. Et est non de descensu ad inferos. quod fuit fm animā. non fm carnez. que sepulta fuit. nec fm deitate q ubiqz est. Unde ps. in psona xpi contra illos ait. Non derelinquas animaz meam in inferno etc. Decimuz de resurrectione xpi tercia die. Judeus ferus malignus audire non potuit. dicens non surrexisse. sed corpus ei a discipulis furatū fuisse. Sed apostolus ad Thimo. testatur hanc resurrectione dicens. Memor esto dominū Ihm surrexisse a mortuis fm euāgelium meum. Et ps. Ego dormiui et soporatus sum et exurrexi. Undecimum de ascensione. negat Eutices hereticus. dicens carnem conuersam in deitatem. Qd si esset. non ascendisset: quia deitas i celis et ubiqz est. Contra hoc Micheas ppheta ait. Ascendens pandet iter ante eos. Et ps. Ascendit deus i iubilatione. Duodecimus articulus est. q xpc vterus est iudicare viuos et mortuos. ad retribuendū pmiū bonis et penā eternaz reprobis. Contra hunc latrat est Origenes.

bicens xpm debere in fine omnes saluare. et p eis pati. Sed contra eū est q ait xpc Math. xxvj. Ibtū hi in supplicium eternū. Iusti autē in vitam eternaz. Et Daniel. xvij. De pulvere terre euigilabunt. alij in vitam eternam. alij in obprobrium vt videāt semp. Quis contra articulos fidei duodecim. sint non solum duodecim feri singulares et heresiarche nequiter operati. vinea ecclesie depascētes. et multos inficientes: quoniaz multi alij sūt expressi et extincti. vt patet. xxvij. q. iij. c. penultimo. Et extra. de sum. trini. et fide catho. c. damnam. Et in opusculis. b. Tho. de articulis fidei et sacramentis. Sed nūq potuerunt preualere nec poterunt. xpc em orauit p ea. vt no deficiat fides ei. Pro Petro clamauit dicens. Ego pro te rogauit vt no deficiat fides tua Luc. xxij. Math. xvij. dixit. Super hanc petraz. i. le xpm. edificabo ecclesiam meam. et porte inferi. i. errores et hereses non pualebūt aduersus eam. Quinimmo sublati heresibz subortis paulatim. ecclesia remāsit gloriozior et clarior i doctrina. p expositiones et disputationes doctorum hereticos confutantū. domino eā custodiente. Uñ Isa. xxvij. ipe dicit. In die illa vinea meri catabit ei. Ego dñs q seruo eā. repete pinabo ei. ne forte visitet se eā. nocte et die seruo eā.

Secundi operaz in .S. i. r. vinea ecclesie sunt qui operantur excellenter. ab faciendū ipaz fructificare. Et ad hoc exhortatur apls dicens. ij Thimo. ij. Solicite cura teipm probabilem exhibere operarium deo i incōsulibez. Et ad frequētandū et pnuādū op exhortat Salomon Eccl. ix. dicens. Qdūqz p man tua instāter opare. qd nec op nec rō nec scia valēt apud inferos. q tu pperas. Et ad mittendum hmoi excellētes oparios i vineam ecclesie. orabat ps. dicens. Dñe deus virtutū. visita vineā istā. s. p efficares oparios: et pface eaz. i. dispone vt pfectum fructū pducāt. Certe at ecclia figuratur p vineā multiplici de causa fm longonem cardinalem sup ps. Et prima est ppter ligni abscisi inutilitatē. Nō em utile ē lignū vitis abscisū nisi ad cōbustionez. Sic hō ab ecclia sepat. nūero vl merito. Uñ dñs Eze. xv. Fili hois quid fiet de ligno vitis ex oibz lignis nemoz. q sūt inter ligna siluaz. Nūq tollēt de ea lignū vt fiat op: aut fabricabit de ea paxill. vt depēdeat i ea quodcūqz vas. Ecce igni batū est i escā. Sic etia dicit xpc Job. xv. Ego sū vitis. siqs i me no manserit. s. vnit p caritatē. p quā qd merito ē i vinea ecclie. mittēt foras sic palmes et arefct. et in ignem mittent et ardet. Secunda ratio est ppter fructus suauitatez. Sola enim vinea vinum habet. quod letificat cor hominis. et

confortat. Sic sola ecclesia habet vinum doctrine salutari. animam letificantis et confortantis. Unde Cant. viij. dicit. Dabo tibi potum ex vino dedito. Vinum deditum est dulce et medicinale. Et Math. vij. dicitur. Numquid colligunt de spinis uvas. q. d. Non habetur salutari doctrina a iudeis aut gentibus aut hereticis. Sed et de illis dicit. uua eorum uua fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum est. Tercia ratio est. Quia sicut pinguedine debilitatur vinum et luxuria vinea. i. superfluos producit palmites. Sic in ecclesia ex habundantia temporalium nascitur luxuria in palmitibus. i. clericis et laicis. et ex hoc insipidatur et insipidum fit vinum. i. doctrina ecclesie. ut de eo dici valeat illud Isa. j. Vinum tuum mixtum est aqua. i. carnali voluptate insipidum factum. Et propter hoc dominus visitat ipsam vineam sepe abscindendo palmites. i. superfluitates temporalium per varias afflictiones. ut magis fructificet. Unde conquerens dominus de vinea ecclesie dicit Isa. xxvij. In prelio gradiar super eam succedam eam pariter. quasi diceret. parum fructificat ecclesia prosperitate: sed faciam eam fructificare per aduersitates. Et loquitur secundum consuetudinem quibusdam regionum. In aluerna enim in aliquo locis ita quibus multiplicatur vinee. quod quasi in siluas vinee degenerant. et tunc boies comburunt eas. et postea optime fructificant. Vineam etiam raticata inter pratias et in eminenti loco in radio solis. melius vinum facit. Sic illi de ecclesia. qui sunt fundati et radicati in duritia penitentiae. in eminentia vite contemplatiue. in seruo dilectionis et beniuolentie. melius docent et operantur. Diere. xxvij. Adhuc plantabis vineam in montibus samarie. Samaria interpretatur non solum custodia domini. sed etiam coniunctio domini. et per penitentiam et contemplationem coniungit homo deo. et dominum in se custodit. Ipsa autem vinea ecclesie proficitur per excellentes operarios. quos ipse deus conducit ad operandum vineam. mane. hora tertia. sexta. nona. et undecima. ut habetur parabolice Math. xx. de patrefamilias. qui exiit conducere operarios in vineam suam. quia videlicet in diuersis etatibus mundi. a primo Abel iusto. usque ad ultimum nascitur. posuit multos sanctos in ipsa ecclesia. ad exercendum se et alios in perfectione virtutum. Vel dicitur hunc significat secundum Gregorium. in omel. diuersas etates hominum. scilicet pueritie. adolescentie. iuuentutis. senectutis. ac decrepitate etatis. In quibus homines vocantur a deo ad penitentiam et virtuosam conuersationem. Ab hoc autem quod vinea fructificet triplici opere indiget videlicet ligonizatione. putatione. et ligatione. Ligonizatione quidem indiget ad hoc. ut spine et berbe inutiles eradicentur. i. quod opere terra ferro

scinditur. et abscisis radicibus herbarum soli ostenduntur. Sic in vinea ecclesie seu anime. ad hoc ut fructificet deo. oportet quod terra cordis ferro contritionis frangatur. ut abscindantur peccata etiam usque ad radices cogitationum. et manifestentur per confessionem ne occultata reuiuiscant. Unde in septuagesima quando in officio representatur lapsus primorum parentum et punitio. scilicet introductio generis humani in exilium mundi ad agendam penitentiam. propter quod dominus induit eos habitu pellium animalium. ut cognoscerent seipsum et penitentiam agerent: ecclesia dimittit cantica leticie. ut gloria in excelsis. nisi in magnis solennitatibus. et alleluia. et sumitur tractus loco alleluia: qui tractus habet cantum asperum et lacrimosum: ad inducendum homines ad penitentiam. et hoc per nouem hebdomadas facit. usque. scilicet ad pascha. quia. scilicet amisit societatem angelorum. qui sunt distincti in nouem ordines. Aliam rationem habes de psal. lxx. bi duo. Nam quia ipsi noluerunt in paradiso penitere. et confiteri peccatum suum se excusantes: ideo expulsi sunt. ut vel saltim ex afflictione mundi exilii peniterent quod et fecerunt. Secundo oportet quod vinea putetur. Unde dicitur Isa. j. Tempus putationis aduenit. Per putationem autem abscinduntur palmites superflui ne fructum impediant. Ita et in cultu spirituali anime. oportet superflua refecare. Paucis enim minimisque natura contenta est. dicit Boetius. Sed sensualitas insatiabilis est querens multa superflua. Propter quod dicebat apostolus. Habentes victum et quibus tegamur his contenti simus. Tempus autem congruum huic putationi. est tempus adolescentie que indiget maiori freno. propter maiorem inclinationem ad superfluitates et vanitates. que signat per tempus veris. in cuius principio vel circa fit putatio materialium vinearum. Tercio oportet quod ligetur. Debet autem ligari vitis. i. potentie anime firmo palo. scilicet christo. ut dicitur possit cum apostolo. Cruci affixus sum. scilicet per affectum et imitationem. Proderit insuper multum ad fructificationem. immo necessarium videtur. ut vinculo obedientie alicui patri spirituali alligetur. cuius consilio dirigatur. Sed bene videtur at ne fit arundo vacua. i. hypocrita. scilicet constans et solidus in obsequio diuino. Perutile etiam erit animalia que destrunt vineas capere et occidere. Unde dicitur Isa. j. Capite nobis vulpes puulas que demoliunt vineas. Vulpes puule secundum Beatum Augustinum. signant cogitationes que occurrunt sub specie boni. Est enim vulpis animal callidissimum. Sicut cum alicui suggeritur affectus prelationis sub specie fructificationis. et indiscretio vite sub specie temperantie. et huiusmodi. iste destrunt vineam. nisi paruule. i. in initio mortificentur.

222

Cum aut sic bene exercetur et colitur vinea, optime fructificat. et deo offerre fructus ipsi gratus. Unde in figuraz legitur Gen. xl. **P**incerna regis Pharaonis in carcere positus, vidit in somnis vitem, tresque ex ea propagines procedentes, que gemas floresque et uvas paulatim producebant: ipsique maturatis ille pincerna ex eis premebat vinum in calice pharaonis, offerens ab bibendum. Pincerna in carcere est quilibet nostrum positus in carcere huius mundi, propter defectum saltem contracti originalis. Hoc est signum autem, ut quis ad curiam reuertatur regis eterni, ut ei gratus et propitius factus: cum scilicet videt quasi per somnum, quia hic non habetur certitudo salutis future: nisi per signa, cum scilicet quis videt vineas ante cum tribu potentibus suis: memoria, intellectu, et voluntate, gemas bonorum propositorum, flores bonorum exemplorum, fructus rectorum operum producere, et in eis proficere: ita quod expressis vinitibus, id est defectibus et imperfectionibus, vinum spiritualis feruoris et leticie in calice cordis offerat deo, propter eorum omnia faciendo. Per hoc sperare potest per interpretationem sanctorum, quod eductus de carcere mundi, ad curiam Pharaonis regis eterni reuocabitur cum honore. Vel sic exponi potest. **V**itis est Christus sicut ipse dixit Job. xv. **V**era vitis dicitur ad differentiam umbratice que conuersa est in amaritudinem. Tres propagines sunt tres ordines fidelium in ecclesia, qui ei per gratias adherent, scilicet prelati actiui et contemplatiui: figurati per Noe Job et Daniel, de quibus habetur Ezechiel. viiiij. **E**t per Petrum Jacobum et Iohannem, qui se inuenerunt in transfiguratione domini Mat. xvij. **E**t per Lazarum Mariam et Martham, quos diligebat Iesus Job. xi. **P**relati enim regunt ecclesiam, figurata per archam rectam a Noe, pasce re debet verbo et exemplo, sicut dictum fuit Petro Job. vlt. **V**iriliter se debent habere in malitia dei, mortui mundo ut Lazarus. **C**ontemplatiui vacare debent orationi et meditationi, castitati et abstinentie: ut David fecit, et puritati et sapientie, ut Iohannes euangelista. **A**udiu diuinorum quieti et sollicitudini, ut Maria magdalena. **A**ctiui vero operibus misericordie: ut Job, et gubernatione familie. **E**t luctari cum vitibus ita ut supplantentur. **J**acob enim interpretatur supplantator. **E**t insistere sollicitate necessarijs domus ut Martha. **E**t tres propagines, tres status, scilicet virginum, viduarum, et coniugarum. **E**t tres propagines, tres gradus in ecclesia, scilicet incipientium, proficientium, et perfectorum. **E**t hi omnes producunt gemmas cogitationum bonarum, flores sanctarum affectionum et exemplorum, et uvas rectorum operum. **E**x quibus Christus eliciens vinum meritorum, ipse Christus porrigit et presentat in curia superna, coram rege uniuersorum, et hoc

in calice principaliter sue passionis tertia die scilicet tempore gratie. **E**t de his tribus ordinibus, statibus, vel gradibus, exponit beatus Thomas super Cant. illud. **S**exaginta sunt regine, octaginta concubine, et adolescentularum non est numerus Cant. vi. **R**egine enim signant virgines: quia ipse se optime regunt, quo ad domandas concupiscentias carnis, et magis dicuntur sponse Christi quam alie. **H**ec sunt sexaginta in numero paruo, sed excellenti. **E**t uis enim in se sit paruus numerus, scilicet respectu superiorum tamen superhabundans. **D**icitur autem numerus superhabundans ille, cuius partes singule que in se multiplicare constituant ipsum totum simul, post adunatam et collectam excedunt ipsum totum. **S**icut partes aliquote, scilicet sunt unum et duo et tria et quatuor et quinque et sex et decem et quindecim et viginti et triginta. **E**t hec omnia simul excedunt non solum sexaginta sed et octoginta. **S**ignat etiam regine sexaginta anime perfecte et ex dignitate et numero significatione. **T**ales enim admittunt frequenter ut vere sponse ad amplexus regis Salomonis, id est Christi, per contemplationem et intimam unionem, et generant stirpem regis, id est perfecta opera faciunt, et cum magna fiducia in domo superna conuersantur. **C**omponitur autem numerus sexagenarius ex sex et decem, quia denarius sexies multiplicatus constituit, scilicet. **E**t denarius quia est primus limes numero, signat perfectionem. **S**enarius qui est numerus quadratus in figuris, Nam figura quadrata habet sex facies: ut patet in taxillo, et signat firmitatem: quia res quadrata ex omni facie firma manet. **C**oncubine, id est vidue que dicuntur concubine, quia habuerunt aliquando alium virum quam Christum. **E**t he dicuntur octoginta, quia in maiori numero sunt quam virgines. **D**icuntur etiam anime proficientes et si nondum perfecte, que et si aliquando admittuntur ad amplexum diuinum per contemplationem et gustum spiritualium: non tamen ita frequenter ut perfecte anime, nec perfecta sunt opera earum. **L**aborant tamen ad obseruantiam decem preceptorum, et exercitium octo beatitudinum, de quibus habet Mat. v. et ideo dicuntur octoginta, qui numerus componitur ex denario octies multiplicato. **A**dolescentule sunt anime in statu coniugij, vel etiam imperfecti seu incipientes in via dei. **E**t hi sunt in maiori numero quam virgines et vidue, vel perfecti et proficientes, licet in minori merito. **E**t adolescentule dicuntur, quia adhuc tenere ab sufferendos labores, nondum sensu perfecti ac mutabiles.

S. r.

Operatur aliqui alij segmiter in vinea ecclesie. **E**t vinea paulatim degenerat

et destruitur. Et de hoc puer. xxxij. dicit Salomō. Transiui. scz p cōsiderationē p agrū hominis pigri et p vineam stulti. i. mētē et cōuersatōem: et totū repleuerant vitiis. i. passionibus concupiscibilibus: videntes ut vitiis: et operuerant supficiē eius spine. id ē passiones irascibiles que pūgūt alios. Et de huiusmodi vinea seu aīa domini cōgruens dicit. Quid est quod ultra debui facē vinee mee: et non feci. an expectaui qd faceret vinas: et fecit labruscas. Naie. v. id ē expectaui ut faceret fructum bonorum operū: et fecit fructum inutilem. Unde infra dicit. Expectaui ut faceret iudicium. et ecce iniquitas: ut faceret iusticiam. et ecce clamor. Sed timēdū est quod subdit. Et nunc ostēdaz vobis qd faciam vinee mee. id est anime tepide et pingue si se non emēdet. Auferam sepe eius. id ē remorsum consciētie pungentis auferri pmittam seu timorem: et erit in direptionem a demonijs p temptationem. Duram maceriam eius. id ē pmittam remoueri cōsiderationē vite sanctorum. q lapides dicuntur: et erit in conculcationē viciorū. Et ponam eam de stam bonis. scz spūalibus. Nō putabitur. id ē nō remouebit talis piger et tepidus supfluitates et occasiones viciorū. Nec fodietur ferro. s. compūctōis et cōfessionis. Et ascēdet vepres et spine. i. male cogitationes et affectōnes. Et nubibus mādabo ne pluāt sup eas ymbrē. i. nō pceptēt doctrinā fructificantem et vtilē eis. Unde cuilibz tali dicitur Apoc. iij. Non inuenio opera tua plena. In mētē ergo habe quid acceperis et audieris et tene. et penitentiaz age. Nā demum ut dicit Apoc. xiiij. misit angelus id ē xpc facē suam. s. mortis. et vindēmiavit vineā terre ecclesiam. s. militātes. Et omnē palmitem qui nō fert fructū tollet eū a se. et qui fert fructum purgabit. Ioh. xv.

Quintū ad terciū principiū. §. xj.
a cū Amos. v. Obite malū et diligite bonum. Odiū autē habet iusti ad tria mala. scilicet offēse teitatis. collecte prave societatis. et nociue p̃pinq̃tatis. ¶ Habet p̃mo obio om̃ez iniq̃tate. inq̃tū ē offēsa dei. et p̃tra ratōz. siue sit in se siue i alijs. Juxta illud ps̃. Omnē viāz iniquā. i. actū iniq̃tatis obio habui. Ante et magister sen. in. iij. di. xiiij. dicit. q̃ penitēre est peccata odire. scilicet p̃missa et c̃. Discernūt tamē iusti naturā a culpa in obio suo. Nā ita odiūt culpā in se et in p̃rimis. q̃ diligūt naturā. et merito: q̃ creatura inq̃tū creatura a deo est et bona: et ideo diligēda et amāda. Et q̃ eiusdē ratōnis est velle alicui bonū et appetē illi aliq̃d malū. q̃d p̃cederet in bonū ei. Sicut desiderare abscisionē manū. ut seruares vita hoīs: ideo recte iusti aptāt aliq̃d mala temporalia peccatoribz. ut emendent de iūq̃tatis suis. Et signū huius. scilicet q̃ diligāt naturā. et odiāt culpā ē. q̃ cū videāt indigētā nature. subueniūt illis quoz vitia odiūt. et hoc est q̃d ait aug̃. Sic diligēdi sūt hoīes. ut eorū nō diligāf errores. q̃ aliud ē obisse q̃d fecerunt. scilicet p̃c̃m et aliud q̃ facti sūt. i. naturā. q̃d utiq̃ nō licet. Et di. lxxvij. dicit leo papa. Obio habeat p̃c̃a nō hoīes. corrigātur tumidi. tollerāf infirmi. et q̃d castigare seueri necesse ē. nō seuiētis aīo plectantē s̃z medētis. hec ille. ¶ Obit iust̃ prauā societate. ex eo q̃ multuz p̃ nocē. Juxta illud ps̃. Odiū ecclīaz malignātiū. Et p̃cipue societas hēticoz odiēda est et vitāda. q̃ ut dicit apls. Sermo eoz ut cancer serpit. s̃z et iust̃ ihs s̃yrach dicit Ecclī. xxv. Tres spēs odiunt aīa mea. paupes sup̃bū. diuicē mēdacē. et senē fatuū et infēlatū. Paup̃ sup̃bū ē. qui rebz tp̃alibz indigēs. ita se habet i exteriori apparatu. ac si diues esset. Elē q̃ vacu? sciētia et intellectū. ponit se ad ardua et subtilia. Elē q̃ virtutibz puus. magna de se extimat. Diues magis detestabilis i mēdatō. q̃ nō habet occasionē mētiēdi. scilicet necessitate. Elē diues i virtutibz et sciētia. cui mēdatiū multuz nocet. Senē fatuū i locutiōibz vanis et lasciuīs. In senat̃ q̃ ad cognitōz sp̃ualiū. ¶ Obit iustus nociuā p̃pinq̃tate. Propinqui em̃ hoīs. cōf nō querūt nisi frena de eis. honores et diuitias et h̃mōi. Et diligē eos i h̃mōi esset assentire volūtati eoz. et trabē se mūdo. Quō fieri dū nō est: sed detestandū. et odiēdi sūt q̃tum ad ista. i. habēdi in displicētia. Et sic intelligit q̃d x̃pc̃ ait. Qui nō odit patrē et matrē fratres et sorores et c̃. nō potest esse me? discipul? Et illud Job. xij. Qui odit aīaz suā in

Tercium

263

hoc mūdo. i. q̃tuz ab ea q̃ sūt mūdi: ut vitia et p̃c̃a. et delectatōes carnis habēdo i detestatiōnem et vitādo: in vitā eternā custodit eā. Et quod ait apls. Quia nemo vnquā carnem suam obio habuit: sed nutrit et fouet. Verum est q̃tum ad ea que sunt necessaria vitē. s̃m instinctum etiam nature.

Quintum ad tertium di. §. iij.

b cū de fr̃ibz Joseph. q̃ oderāt eū nec poterāt quicq̃ pacifice loq̃ Gen. xxxvij. Et d̃ egiptij q̃ oderāt filios isrl̃ Exo. i. Et de esau q̃ oderāt iacob Gen. xxvij. Et cōiter mali odiunt bonos. Et ratō ē. q̃ veritas odiū parit (ut dicit salusti) et iusti veritate dicūt r̃p̃hēdētes malos cū optet. p̃pter quod dicebat x̃pc̃. Ne odit mūd? q̃ testimoniū p̃hibeo de illo. quia opa ei? mala sūt Job. vij. ¶ S̃z aduertēduz q̃ p̃uersi odiūt deū. p̃rimū et animū suum. Odiūt quidē deū. inq̃tū ē puniēte scelez suorū. et flagellat et p̃hibet mala q̃ optāt p̃petrare: s̃z aliq̃ nō valēt. et ip̃m ē maximū p̃c̃m q̃ directe p̃tra caritatem dei. et ē obitū demōnū et damnatorū. q̃ deū odiūt q̃ punit eos. et de hoc ps̃. Sup̃bia eoz q̃ te oderūt: ascēdit semp̃. ¶ Odiūt mali seip̃os. q̃ ea faciūt que sūme nocēt eis. scilicet p̃c̃a. Et iq̃z dicere se quis odire. q̃ seip̃m occidēt. S̃z hoc agit peccator occidēdo p̃ iniq̃tate aīam suā. Ante ps̃. Qui diligit iniq̃tate. odit aīaz suā. q̃tū. scilicet ad p̃tē intellectiua q̃ ē pars p̃ncipalior. Nā q̃tuz ad p̃tē sensitiua nimis se diligit. ¶ Odiūt et p̃rimos intentētes malū eoz inq̃tum malū. i. i nocumētū solū eoz. S̃z ut dicit Job. in canonica p̃ma. c. iij. Qui odit frat̃e suū. homicida est. occidēs. scilicet aīaz suā et p̃uans gratia. Hoc autē p̃hibet. in Leui. xix. ubi dicit. Ne oderis frat̃e in corde tuo. Odiūt autē cōiter bonos q̃ r̃p̃hēdūt eos. sicut odibat achab micheā: dicens. Nō p̃phetat mihi nisi malū et idcirco odiui eū. iij Reg. xxiij. Sed qui odit correctōez: minuet vita. dicit Ecclī. xix. De obio quomodo sit peccatū. et q̃ graue et mortale. habes in sc̃da p̃tē.

¶ De tertia passione q̃ dicit desiderū et q̃ta que dicit abhominatō. Capitulū. iij.

Tercia passio dicitur

c cupiscētia seu desiderū. Pro cuius declaratiōe ē sciēdū. q̃ bonū delectabile s̃m s̃lū. inq̃tū sibi appetitū adaptat q̃dāmō et p̃format. sic causat passioz amoris. Inq̃tū s̃o ip̃m bonū absēs atēbit ad seip̃m appetitū. causat passioz q̃ dicitur cupiscētia. Inq̃tū autē ip̃m bonū quia p̃sens quietat appetitum in seip̃o. sic causat passioz que dicit delectatio. Et sic p̃prie appetitus delectatiōis s̃m sensum que p̃tinz siml̃ ad aīam et corp̃. d̃ cupiscētia.

derabūt. **U**iuuiste quo ad primū. **S**uas illud. **i** Thessa. iij. **N**ullus aliquis desideretis. **D**e scdo desiderij genē dicit puer. **xj**. **D**esideriū iustoz omne bonū. **E**t istud desideriū pncipaliter ē volūtatis: s; aliqñ etiā ē sen- sualitatis. **E**t cū q̄s desiderat aliq̄ corpi ne- cessaria vel utilia bono mō et sine. **D**esiderāt aut iusti pncipue tria. **s**. sui iustificatōz. et obe- ditōz ps. **M**adata tua desiderabā. **s**. implere. **I**te p̄cupiuit aīa mea desiderare iustificatō- nes et c. **S**cdo desiderāt primi hebificatōz et p- solatōz **Ro**. **i**. **D**esidero vos vidē ut aliquid vobis impartiar gratie spūalis. **E**t sic xpc di- xit. **D**esiderio desideravi hoc pascha mādu- care vobiscū **Luce**. **xvij**. **D**oc em̄ desideravit valde: et ideo desideravit. qz agnō ille p̄mest? q̄ dicit pascha. signabat passionē et sacrā cō- munionē. q̄ p̄ nri utilitate desiderabat impleri. **T**ertio desiderāt dei visionē vel fruitōz **Isa**. **xxvj**. **A**īa mea desideravit te i nocte. **i**. in vi- ta p̄senti et c. **P**hil. **i**. **a**plius desiderius inquit habēs. **C**upio dissolui et cū xpo. **D**e ter- tio desiderij genē dicit ps. **Q**ui replet in bo- nis desideriū tuū. **N**unq̄ implet desiderium alicui? nisi sit beat? **D**oc at desideriū ē to- talit̄ remotū a passione. **E**t cū desideriū. p- p̄ie importet et magnā aviditatē ad rē desi- deratā p̄p̄ placētā ad ip̄as. et carētā habi- tōnis illi rei. **S**icut cū q̄s desiderat pecuniā vel alia. ip̄as tūc nō habz. **I**n desiderio b̄o- rū ē p̄mū. **s**. qz nō fastidiūt extimatōz illius boni: s; habēt sūmā aviditatē et p̄placētā p̄p̄ qd̄ d̄r. **i** **De**. **i**. **I**n quē desiderāt āgeli p- spicē: s; scdm̄ nō ē in desiderio eoz. qz nō ca- rēt: s; q̄tibie possidēt illud bonū. **A**n̄ ad hoc bonū desiderādū inuitās sapiā que de? ē. **a**it **Eccl̄i**. **xxiiij**. **T**ransite ad me omēs q̄ p̄cupiscit̄ me. **i**. desideratis. et a generatōibz meis i- plemi. **i**. a bonis que genero. **D**oc ē i fundo creaturis saturabimī: s; sine fastidio. **E**nde subdit. **Q**ui edūt me. **s**. possidēdo vel fruendo p̄ gloriā. **a**bhuc esuriēt. et q̄ elucidant me. **i**. clare p̄gnoscut. qd̄ nō fit nisi i patria. vitaz eternā habebūt. **A**bhoiātō ē quedā fuga et vitatō ei? qd̄ quis odit vel ei displicet. **S**icut desideriū ē quidā mot? p̄cupiscibilis ten- dens in rē amatā. quā p̄ntem nō habz. **S**ūt at qdā inf̄ cetera q̄ faciūt hoīez deo abhoia- bilē: et ideo vitāda. **E**t p̄mū ē in cogitatōibz et affectibz imūbialitas **Osce**. **ix**. **F**acti sunt abhoiabiles sicut ea que dilexerunt. **S**cdm̄ ip̄opositis instabilitas. **E**l̄n̄ in figurā **Leuic**. **xj**. dicit. **O**m̄ne qd̄ supra pect? suū gradit̄ et habet multos pedes. **a**bhomiabile erit vob. **G**radit̄ supra pect? **s**. p̄ terrā. q̄ habet mētē fixā i terrenis. **H**abet multos pedes q̄ diuersa p̄posita habet. et nō firmat̄ i eis. cū bona sunt. **T**erciu pueritas i iuditijs puer. **xvij**. **Q**ui p̄denat iustū et iustificat impiuz uterq̄

ē abhoiabilis apud deū. **Q**uartū i p̄tractibz dolositas puer. **xx**. **P**ond? et pond?. **m**ēsurā et mensura. **u**terq̄ abhoiabilis ē apud deum. **Q**uintū p̄suetudis tenacitas **Job**. **xv**. **A**b- hoīabilis est qui bibit q̄si aquā iniqtatem. **A**qua potus est cōsuetudinarius: et ideo si- gnat peccati p̄suetudinem.

De quinta passione que dicit̄ delectatio vel gaudium. **C**apitulu quintum.

Et alia passio in ap-
petitu sensitivo q̄ dicit̄ delecta-
tio vel gaudiū. **P**ro cui? declara-
tōe sciēdū. qz ista ē differētia inf̄
aīalia et alias res materiales quia alias res
materiales. qñ p̄stituunt̄ i id qd̄ puenit eis
fm̄ naturā. **H**oc n̄ sentiūt: s; aīalia hoc senti-
unt. **E**t ex isto sensu causat̄ qdā mot? et de-
lectatō. q̄ ē passio. **D**electatōnū at quedā ē
corpalis. q̄. **s**. p̄sequit̄ adeptōz eoz. q̄ ab na-
turā corpis p̄tinēt: sicut sunt cibi. potus. et
venera. **E**t ista ē coīs nobis et brutis. **A**lia
spūalis ē. q̄ p̄sequit̄ adeptōz eoz q̄ p̄tinēt ad
intellectū. et ista ē coīs nobis et angelis. et bi-
cic gaudiū. **A**n̄ gaudiū p̄p̄ie ē spēs delecta-
tōis. **E**t talis delectatō q̄ est i voluntate. nō
ē cū trāsmutatōe corpali. sicut delectatō cor-
palis. et q̄libet alia passio: sed importat sim-
plicē motū volūtatis. **A**n̄ dicit **Aug**? **i**. **xiiij**
de ciuitate dei. **Q**z nil ē aliud letitia. q̄ volū-
tas in p̄suetudine eoz que volumus.

Item circa delectatōes. **S**. **i**.
fuit duplex error antiquoz. **N**ā epicuri dix-
erunt oēs esse bonas. **S**ed i hoc decepti sūt
qz nō distinguebāt inf̄ simplz bonū. et bonū
fm̄ qd̄. **C**uz q̄ delectatō sit quies. si id in quo
quiescit appetit? sit simplz bonuz: puta. qz ē
fm̄ ratōez. et illa delectatō ē simplicif̄ bona.
Sed si sit bonuz fm̄ qd̄: puta. pueniēs sen-
sui: sed p̄traria ratōi. erit delectatō bona fm̄
qd̄. **i**. sensui: s; mala simplz. licet apparēs bo-
na ut fornicatō. **A**lij ut stoici arbitrabā ēē
dicēdū oēs delectatōes sensibiles ēē malas:
moti ex hoc. ut qz hoīes sūt p̄ni ad h̄mōi de-
lectatōes imoderatas. ab ip̄is se rehbētes ab
mediū brūtis puenirēt. s; ista extimatō n̄ fu-
it pueniēs. **N**ā cuz null? possit viuē sine ali-
qua corpali delectatōe. si illi q̄ docēt oēs de-
lectatōes ēē malas. dephēbant̄ aliq̄s delecta-
tōnes suscipe. magis hoīes ad delectatōnes
erunt p̄clives. **e**xēplo operū verboz doctri-
na p̄termissa. **I**n opatōibz em̄ et passioni-
bus humanis. in q̄bz exp̄iētia plurimuz va-
let. magis mouēt exēpla q̄ ūba. **D**icendum
igitur qz delectatōnum aliqua est bona: illa
videlicz. in qua appetitus supior vel inferior
requiescit in eo quod puenit ratōni vel legi
dei. et que est de opatōne bona. **M**agis enim

delectabilia. Et cū delectator habeat duo. s. quietē in bono et huiusmodi q̄tis p̄ceptōz. q̄tum ad p̄mū cū p̄fectius sit p̄tēplari veritate p̄gnitā q̄ inquirē ignotā: p̄tēplationes rez scitaz p̄ se loquēdo sūt magis delectabiles q̄ inquisitiones rez ignotaz. Q̄tum ad secundū inquisitiones sūt q̄nq; delectabiliores s̄m q̄ ex maiori desiderio p̄cedunt. vñ homo maxime delectat in his que de nouo inuenit vel didicit. hec om̄ia **Tho. p̄ma sc̄de. q. xxxij.**

¶ Et nota q̄ delectationes sp̄uales intelligibiles. si p̄sentur delectationib; sensibilibus corporalibus: simpliciter et s̄m se loquēdo sūt maiores. Et hoc apparet s̄m tria que rehr̄tur ad delectatōem. s. bonū p̄iunctū. et id cui p̄iungit̄. et ip̄a p̄iunctio. Nā ip̄m bonū sp̄uale ē maius q̄ bonū corpale et magis dilectū. cuius signū est q̄ hoies a maximis voluptatib; corporalib; se abstinēt. ut nō pdant honorem qui ē bonū intelligibile. Similiter ipsa p̄ intellectiua ē nobilior et magis p̄gnosciua q̄ sensitua. Coniunctio autē utriusq; est magis intima et p̄fecta et firma. Intimius quidem ē. qz sensus sistit circa accidentia rei exteriora. Intellectus vō penetrat vq; ad rei essentia. Perfectionior ē. qz p̄iunctionis sensibilis rei ad sensū abiungit̄ motus. q̄ est actus imperfectus. vñ delectationes sensibiles nō sūt totę simul. sed eis aliquid trāsīt. aliqd̄ restat p̄sumandū ut patet in delectatione ciboz et venereoz. S; intelligibilia p̄iungunt̄ intellectui absq; motu. vñ delectatōes eoz sūt totę simul et sic sūt magis p̄fectę. Est em̄ firmior qz delectabilia corporalia sunt corruptibilia et cito deficiūt. bona vō sp̄ualia sunt incorruptibilia. S; quo ad nos delectationes corporales sūt magis vehemētes sp̄ualib; p̄ter tria. Primo quia sensibilia sūt magis nota quo ad nos. Secundo qz cum delectationes corporales sint passionēs: appetit̄ sensitui sūt cū aliqua transmutatōe corporali. Trāsmutatō autē est delectabilis hoī. quasi ei naturalis. S; trāsmutatō corporalis nō ē in sp̄ualibus delectatōnib;. nisi p̄ quandā redundantiā ab appetitū superiori in inferiorē. Tertio quia delectatōes corporales appetūtur ut quedam medicine p̄tra corporales defectus et molestias. ex quib; tristitie quedā p̄sequunt̄ in hoīe. Vñ delectatōes corporales supueniētes huiusmodi tristitijs magis sentiūtur. et per p̄sequens magis acceptātur q̄ delectatōes sp̄uales. que non habēt tristitias cōtrarias **Tho. p̄ma sc̄de. q. xxxij.**

¶ De gaudio vario. §. iij.
Gaudete in dño semp̄ ait apl̄s ad **Phil. iij.** Notandū q̄ gaudere naturaliter quilib; desiderat. S; est gaudium criminale qd̄ p̄gruit peccatorib;. et hoc ē gaudere. Est gaudium sp̄uale quod p̄gruit iustis viatorib;. et hoc ē

gaudere in dño. Et est gaudiū quod p̄gruit p̄prehensorib; et hoc est gaudere in dño semp̄. De his gaudijs varijs notabilē distinctōem ponit Petrus de tarāasia sup̄ epl̄am pauli ad **Phil. iij.** circa finē sic dicēs. Quidā gaudēt in vanitate mūdi. Alij in voluptate peccati. Tertij in volūtate boni. Quartij in visione dei. Primū gaudiū est piculosū et vanū. secundū p̄nitōsum et insanū. tertiu ḡosum et bonū. quartū est glōsum et verū. Est ḡ p̄mo gaudiū mūdi. de quo **Joh. xvj.** Mūdi gaudēbit. Hoc ostēdit n̄ esse bonū quatuor. Primo falsitas casus. Merito timet et non gaudet qui videt domū p̄mū p̄buri. Ideo **Diere. xv.** Quos plātavi ego euello. ut luciferum. adā. iudā. et vniuersā terrā hanc. ut diluuiō. et tu queris tibi grandia. Hoc p̄cipue p̄bat vanitatē gaudiij. q̄ gaudem̄ in statu q̄ possuimus dānari. Secundum ignorātia status. Merito dolet et nō gaudet viator. q̄ dubitat de rectitudine vie. Nemo autē scit an amore v̄l odio dignus sit **Ec̄s. ix.** Et ideo **Thob. v.** Quale gaudiū mihi ē qui in tenebris sedeo. Tertiu ē cause gaudiij trāsitus. Plus dolz q̄ gaudeat p̄ vidēs filiū hodie nasci et cras mori. Sic et mūdi trāsīt de q̄ gaudemus. Ideo **Joh. xv.** Gaudiū ypocrite. i. mūdi instar p̄cti. Quartum ē multiplicitas reatus. Clane expēdit sup̄flua q̄ obligat ad multa. In multis em̄ offendim̄ om̄es qd̄ emēbare tenemur luctu. ideo vane gaudemus **Isa. xxij.** Locaui dñs ad fletuz et planctū ad caluitium et ecce gaudiū et exultatō q̄. Secūdo ē gaudiū peccati de quo **Ec̄s. iij.** Qui gaudet iniquitate: de notabil. i. de nota libri vite telebitur. Qd̄ gaudiū ostēdunt esse insanū q̄tuor. efficiens. materia. forma. et finis. Aliqñ em̄ iudicatur res vitupabilis rōne efficiētis. ut dona iniquoz. Aliqñ rōne materie. ut nummus plūbeus. Aliqñ rōne forme. ut hō mōstruosus. Aliqñ rōne finis. ut sirenaz cantus. Sic gaudiū peccatorū s̄m quālibet sui causam vitupabile et insanū ē. Et p̄mo rōne efficiētis. Si laborās ad mortē ridet et gauderet: reputaret freneticus. Peccās mortaliter laborat ad mortē aīe **Ec̄s. ij.** Risū reputaui errorem. et gaudio dixi. quid frustra deciperis. Vere peccator decipit̄ p̄ ignorantia status. qz si auerteret peccati maculam. offensam. et penā: fleret. s̄m illud **Luc. xij.** Quā si p̄gnouisses et tu q̄. Secūdo rōne materie fatuus reputaret̄. q̄ ignē ad se p̄burē. dū. vel laqueū ad suspēdendū. vel gladiū ad se interficiendū faceret sciēt et gaudenter. sic facit qui gaudet in peccato. Ideo **puerb. xv.** Gaudium est stulto facere stultitia. Tertio rōne forme. Fatua esset mulier que coram marito suo ostenderet signa impudicitie sue. Sic fatui sunt qui in choreis p̄mes

duo requiruntur. scilicet coniunctio alicuius mali. quod ea ratione est malum. quia priuat aliquod bonum et perceptio huius coniunctionis. Pertinet autem dolor ad appetitum. nam omnis motus appetitiuus. seu inclinatio consequens apprehensionem pertinet ad appetitum intellectiuum vel sensitiuum. Inclinatio enim appetitus naturalis. non consequitur apprehensionem ipsius appetitus sed alterius. Cum igitur dolor sicut delectatio presupponat in eodem subiecto sensum vel apprehensionem aliquam. manifestum est quod dolor est in appetitu sensitiuo vel intellectiuo. Et secundum quod est in appetitu sensitiuo propriissime dicitur passio. Quod autem Augustinus dicit de dolore esse corpus. partem dicitur. quia causa doloris est in corpore: puta cum patimur aliquid nociuum corpori. sed motus doloris semper est in anima. Sicut autem gaudium est species delectationis. ita et tristitia est species doloris. Et sicut sola illa delectatio que ex interiori apprehensione causatur: gaudium nominatur. quod autem ex exteriori apprehensione causatur: delectatio nominatur. non autem gaudium. ita solus ille dolor. qui ex interiori apprehensione causatur: nominatur tristitia. qui autem ex exteriori dolore si tristitia nominatur. Et quia vis cognitiua interiori imaginationi vel intellectui. potest percipere presentem. preteritum. et futurum. Sensus vero exterior non percipit nisi presentem. ideo tristitia esse potest de presenti. preterito et futuro. sed dolor corporalis qui sequitur apprehensionem sensus exterioris. non potest esse nisi de presenti. Naturaliter autem maior est appetitus delectationis. quam fuga tristitie. Cuius ratio est. quia causa delectationis est bonum ueniens. causa autem doloris vel tristitie. est aliquod malum repugnans. Contingit autem esse aliquid bonum ueniens absque omni dissonantia. Non autem potest esse aliquid malum totaliter repugnans absque omni ueniencia. per accidens autem contingit quod tristitia aliqua magis fugiat quam delectationem appetat. Et hoc tripliciter. Primo ex parte apprehensionis. quod ut dicit Augustinus. Amor magis sentitur cum eum perdit necessitas. Ex indigentia autem amati perdit tristitia que est ex amissione alicuius boni amati. vel in cursu alicuius mali contrarij. Delectatio autem non habet indigentiam boni amati. sed quiescit in eo iam adeptum. Secundo ex parte cause tristantis. ex eo. scilicet quod est magis repugnans bono amato. et per consequens maius malum quam sit bonum illud in quo delectamur. Magis enim amamus persistencia corporis. quam delectationem cibi. Tertio ex parte effectus. quod tristitia non impedit tamen unam delectationem. sed omnes. Est autem dolor interior simpliciter loquendo potior quam exterior. Nam dolor interior est ex hoc. quod aliquid repugnat appetitui ipsi. Dolor autem exterior ex hoc quod repugnat appetitui. quod repugnat corpori. Quod autem est per se. est prius eo quod est per aliud. Patet etiam hoc ex parte apprehen-

sionis. Nam apprehensio imaginationis et rationis est altior. quam apprehensio sensus tactus. et sic potior est dolor interior exteriori. Cuius signum est. quod etiam dolores exteriores quos uoluntarie suscipit. ut euitet interiore. Quod tamen dolor exterior est cum interiori. et tunc dolor augetur. Quicquid enim sensu apprehenditur. potest apprehendi imaginatione et ratione. sed non ueritatem. **P**onunt autem Damascenus. et Gregorius nicenus quatuor species tristitie. Cum enim tristitia sit de malo. in quantum malum alterius extimat ut suum sic est tristitia misericordie. In quantum apparere malum. sed uere bonum extimat ut sui boni diminutionem. sic est tristitia inuidie. In quantum uero malum sic aggrauat. ut non appareat aliquid refugium sic est angustia. In quantum autem sic aggrauat ut etiam ipsa membra immobiliter sic est accidia. Est etiam et tristitia penitentiae. que est de malo proprio. Est autem tristitia bona. quando est secundum rationem. mala uero quando est contra vel extra rationem. **T**ho. prima secunde. q. xxxv. **C**ausat autem tristitia bonum amissum et magis malum coniunctum. id est. presens secundum sensum vel imaginationem patienti. Item concupiscentia seu cupiditas causat tristitiam. in quantum. scilicet de retardatione boni cupiti vel totali subtractione tristamur. Item appetitus unitatis. Unum quodque enim appetit unitatem. sicut et bonitatem. quod bonum uniuscuiusque consistit in quadam unitate. Sicut ergo amor boni causat dolorem modo dicto. ita et amor unitatis. Item preteritas maior in quantum. scilicet. remanet appetitus in contrarium inclinans. causat dolorem. Si enim non resisteret appetitus sed presentiret: non causaret dolorem. **E**x tristitia inordinata impeditur homo ab addiscendo. Item debilitatur vel etiam peruat ab operando. Item inter omnes passionem maxime nocet corpori. et hoc non solum per quantitatem excessiuam. sed etiam quantum ad speciem sui motus. hec **T**ho. prima secunde. q. xxxvij. **I**n remediis nota quod tristitiam habet mitigare quelibet delectatio sicut sibi contraria. Item fletus mitigat tristitiam. et hoc tum quod ab exteriora diffundit. tum propter ipsam operationem fletus. que cum ueniat tristatorem efficitur delectabilis. Item dolor amici propacientis mitigat etiam tristitiam. Et hoc quod ei fit imaginatione in tristatorem. quod alij cum ipso ferunt onus tristitie. Tum quod ex hoc percipiunt tristitati se amari quod est delectabile. Item contemplatio ueritatis mitigat tristitiam. quod maximam delectationem causat. Item somnus et balneum. et hoc quia reformant naturam corporalem in debitum statum motus uitalis **T**ho. prima secunde. q. xxxviii.

De multiplici tristitia. S. j.
Nota quod ait saluator discipulis. Mulier cum parit tristitiam habet **Joh. xvj.** Et iterum tristitia uera uertitur in gaudium. Et mulier quidem naturalis. id est. secula. tristitiam habet in partu humani. Mulier carnalis. id est. mala conscientia tristi-

dicit **Aplūs. i. ad Corin. xij.** q̄ caritas non emulatur. i. non inuidet. sicut nec frigefacit ignis. Ideo aplūs admonet ip̄am abdicandā. dicens **Ro. xij.** Non in p̄tentōne et emulatōe i. inuidie tristitie p̄uersami. Om̄is enī plaga i. inuidia **Ec̄c̄i. xv.** tristitia cordis. **Tulne-** rat enī aiām et corpus. **Enī Seneca.** Atinā oculi inuidōz in om̄ibz ciuitatibz inuenirēt̄. ut d̄ om̄iū felicitate torquerent̄. Est et alia tristitia qua q̄s tristat̄ de bono alterius t̄pali. inq̄tum sibi videt̄ eo indignū. sicut cū q̄s tristat̄ aliquē maluz honorari dignitate. sublimari. diuitias h̄re et h̄. **Sz cū** diuina p̄uidētia ista disponant̄. q̄ cūcta certissime disp̄sat. nō debet aliq̄s de h̄ tristitari. Aliq̄n enī talia deus p̄cedit malis. ut ostēderata dei benignitate erga se: reuertatur a v̄ijs suis pessimis. vel si nō se emēdant. ad remunerādum bona que hic faciūt. Et ita sūt h̄ parua et trāsitoria. q̄ nō debent boni curare et tristitari his carere. **Enī p̄e.** Noli emulari in malignatibz. s. si videris eos p̄sp̄eritate h̄re. et hoc ideo qm̄ ut subditur. **Tanq̄** fenū velociter arefcēt̄. **Mulier ḡ. i.** anima viuens fm̄ sensualitate. cū parit opa. s. emulatonis. tristitiā habet. i. afflictōnem de ipsa sua inuidia. Et cum pepit nō utiq̄ tristitia sua p̄uertitur in gaudiū. q̄ hoc ideo. quia nō pepit masculū. i. opus virtuosū. sed feminaz. i. opus viciosū fecit. et sic tristitiā sup̄ tristitiā habet **Ec̄c̄i. xvij.** Nōne tristitia inest vsq̄ ad mortē. i. inferni ubi ē sūma tristitia. **Quarta** tristitia ē turbatōis. cū. s. q̄s ex aduersitate vel iniuria recepta tristat̄ multum circa ip̄am. ita q̄ exinde turbatur. nō q̄ tristitia sit ira. s. ex ipsa causatur. nisi quis cito abiciat eam. Et de hoc p̄t intelligi illud **Ec̄c̄i. xij.** **Felix** qui nō habuit animi sui tristitiā. i. p̄turbatōis. Et p̄terea dicit **Iero.** **Iram** vince patientia. nec mēs tua vage tur varq̄s p̄turbatōnibz. que si p̄tore tuo iseterint: domiābūt̄ tui. de p̄e. di. v. nūq̄. **Dignāter** aut̄ dicit. **Iram** vince paciētia. qz primū quod occurrit menti. quādo aduersa et iniurias sustinet: est tristitia. et deiectio quedā animi. quia videtur sibi indigna pati. et talī tristitia opponitur paciētia. q̄ eam expellit ut suū p̄trarium. Et quia ex illa tristitia post eam causatur ira. ideo p̄ paciētia vincitur ira. quia remota causa remouetur effectus. **Hanc** aut̄ tristitiā p̄turbatōis. et si haberi nō debet in animo quia viciosa. tamen ostēdi debet in actu extrinseco. ad correctionem alioz. **Dicitur enī Ec̄c̄s. vij.** **Per** tristitiā vultus corrigi animus delinq̄ntis. **Cum** enī rephēdēdo q̄s exhibet faciē tristē et turbulentā. is qui corrigi p̄prehēdit illi qui rephēdit multū displicere talē defectū. et sic magis datur sibi occasio emendandi.

Et puer. xv. dicitur. **Vetus** aquilo dissipat pluuias. et facies tristis linguā detrahentē. **Sic** legimus de. **b. Aug.** q̄ si imensa aliquis cepisset detrahere. ostēdebat se tristem et turbatum. adeo q̄ dicebat obloquētibz. **Siquis** amat dictis absentū robere vitā. **Hanc** mēsam indignā nouerit esse sibi. **Quinta** tristitia ē miseratōis. cum. s. q̄s vidēs miserias primoz corpales vel spūales: tristat̄. **Enī Aug.** dicit in li. de ciui. dei. q̄ miscdia ē aliene miserie nostra in corde p̄passio. **Hanc** habebat aplūs cū dicebat ad **Ro. ix.** **Tristitia** mihi ē magna et p̄tinuus dolor cordi meo. **Hanc** et saluator habuit. qm̄ videns ciuitatē. s. hierosolumā fleuit sup̄ illam. ut habet **Lu. xix.** **Compatiebatur** enī p̄ditioni illoz. q̄ p̄ter magnas tribulatōnes quas debebant sustinere tempore obsidionis future sub **Tito** et **Cle-**spasiano. quā expressit ip̄e. **Hanc** etiā ostendit qm̄ de morte **Lazari** lacrimatus ē **Jo. xi.** ex p̄passione soroz eius. vel potius ex p̄passione ad aiām lazari q̄ reuocabat̄ ab miserias huius vite. ut dicitur. **xij. q. ij.** habent. **Et** quāto quis habet maiorē caritatē. tanto magis habet hanc tristitiā. **Nam** misericordia effect̄ ē caritatis. **Enī** et de beato dñico legitur. q̄ miseratio que cum eo ab infantia creuerat nullius aspecte afflictōnis sinebat euz non esse p̄cipem. p̄ter quod bis voluit se in seruū venūdari. ad rebimendū filiū cuiusdā vidue ab infidelibz captuz. cum mater illius subsidiū ab eo postularet. et altera vice ad subueniēdum necessitati q̄rundam nobiliū. **Compati** aut̄ debet quilibz p̄cipue crucifixo. **Nam** fm̄ aplm̄. **Si** p̄patimur: et p̄regnabimus. **Quis** enī tamburi cordis est. qui si videat dominū suū optimū. patrē amantissimum. benefactorem largissimum. asperima tolerare. et pro sui utilitate nō p̄patitur: nō tristetur et multū quātomagis q̄. **Sexta** tristitia est p̄punctōis. cū. s. quis tristatur et dolet de peccatis p̄missis. de qua dicit **Aplūs. ij. ad Corin. vij.** **Tristitia** q̄ fm̄ deum est: salutem operatur. **Et** loquitur ut ex precedentibz patet. de tristitia penitentie et p̄punctōis. **Et** quia nil vtilius ad salutē et purgatōem peccatoz ex parte nostra: tristitia et dolore penitentie vera. ideo amāda est et p̄curanda. **Unde** dicitur **Ec̄c̄s. vij.** **Cor** sapientum ubi tristitia. **Petrus** aplūs. quia fleuit amare. i. cum magna tristitia peccatum suū. inde percepit remissionē. **Maria** magdalena. qz tristata ē valde de peccatis suis. ita ut lacrimis suis lauaret pedes saluatoris: meruit audire. remittuntur tibi peccata tua. **Luce. vij.** **Et** quanto quis plus tristatur de peccatis. cū spe tamē remissionis. ex diuina misericordia plus recipit emundationis. **Et** tristitia quidem scdm̄ ratōem que

272

non est aliud. nisi quedā displicentia voluntatis. et detestatio de peccato inquitum sūt offensa dei: nimia esse nō p̄t. Et rō est s̄m. b̄ Tho. qz amor dei unde illa p̄cedit nō p̄t esse n̄m̄. S̄z tristitia que ē in p̄te sensitiva et eā affligit sensibiliter: illa pōt excedere sicut et alia afflictiva corporis. ut ieiunū. vigilia. disciplina. et h̄. et ideo oportet illā moderare. **C**ausa uēda est autē tristitia ypocritarū. qua extermināt facies suas p̄pter mundi gl̄iam. ut laudent. Propter qd̄ saluator ait **Matth. v. Noli te fieri sicut ypocrite tristes.** **S**eptima tristitia est deuotionis. d̄. i. quis tristat̄ ex dilatione p̄rie sup̄ne. p̄siderās felicitatē et securitatē illius. et pericula et peccata vite presentis. De hac ps̄. **Quare tristis es aīa mea et quare turbas me: S̄z assignat̄ ratō sup̄ tibi.** Fuerūt mibi lacrimae mee panes die ac nocte. **E**cce tristitia. Et subdit causā. **bu**z d̄r mibi quotidie ubi est deus tuus. i. ex dilatōe glorie. **H**ec procedunt ex magna caritate et ip̄am nutriūt et aīam sanāt. sed nō repiunt nisi ex magna p̄sequestratione a tumultu hominū et cogitationum. Et in h̄ figurā legif. qz onam inuenit aquas calidas. i. balneares in solitudine **Gen. xxxvi.** **A**que calide sunt lacrimae deuotionis que solitarius inuenit.

De passione que dicit̄ Spes. Capi. vij.

Passionum autē irascibilis prima est spes. **C**irca obiectum autē spei quatuor p̄siderantur p̄ditiones. **P**rimo quē qz sit bonū. Non em̄ p̄rie loquendo est spes nisi de bono. qz p̄ hoc differt spes a timore qui est de malo. **S**ecūdo ut sit futurū. Non em̄ est spes de p̄nti iā habito. et p̄ hoc differt spes a gaudio qd̄ est d̄ p̄nti. **T**ertio requirit̄ qz sit aliqd̄ arduū cū difficultate adipiscibili. Non em̄ d̄r quis sperare aliqd̄ minimū. qd̄ est statim in sua p̄fate ut habeat. qz p̄ hoc differt spes a p̄cupia seu desiderio. que est de bono futuro absolute. unde p̄tinet ad p̄cupiscibiles. spes ad irascibile. **Q**uarto qz illud arduū sit possibile adipisci. Non em̄ aliquis desiderat id qd̄ omnino adipisci nō p̄t. et p̄ hoc differt spes a desperatione. **P**resupponit autē desiderū. sicut et om̄es passiones irascibilis p̄supponūt passiones p̄cupiscibilis. **C**uz autē motus spei importat quandā extensionem appetitus in id quod ei rep̄ntat vis p̄gnoscitua ut bonū arduū et adipiscibile. ideo spes pertinet ad appetitum. **I**n hoc em̄ videtur differre vis. i. potentia appetitiua a potentia p̄gnoscitua. quia appetitiua p̄ficitur p̄ extensionē ad res desideratas. s̄z p̄gnoscitua p̄ receptōem rez cognitay in cognoscente. i. p̄ suas similitudines. **E**st autē causa spei experientia. Et

hoc dupliciter. **P**rimo quia per experientiam homo acquirit facultatē defacili aliquid faciendi. ex quo sequitur spes. **S**ecūdo quia p̄ experientiaz fit homini estimatō qz aliqd̄ sit sibi possibile qd̄ impossibile aū experientia reputabat. **S**z p̄ hunc secundū modū est etiaz causa defectus spei. **I**tem iuuenis cā spei est. et hoc p̄pter tria que accipiunt̄ s̄m p̄ditōnes boni. qd̄ est obiectū spei. i. arduū futurū et adipiscibile. **I**uuenes h̄nt multū de futuro et p̄p̄ de p̄nti. et ideo qz memoria ē p̄teriti. spes futuri. parūz habent de memoria. et multū viuūt in spe. **I**uuenes etiā p̄p̄ caliditatem h̄nt multos spūs. et ita in eis cor ampliat̄. **E**x amplitudine autē cordis est. qz aliquis tēdat in arduū. et ideo iuuenes sūt animosi et bone spei. **I**uuenes etiā quia nō sūt passi repulsā. nec multa impedimēta in suis conatibz expti: defacili reputāt aliqd̄ possibile adipisci. Et sic p̄pter inexperience et tria q̄ nō sūt passi in suis opibz: sunt bone spei. **E**brietas causat spem p̄pter caliditatem cordis ex vino et in p̄sideratōem periculorū. **F**acultas uo p̄pter incōsideratōnem. **E**ffectus spei est amor. **S**ciendum tñ qz spes et causa et effectus amoris. s̄m diuersos respectus. **I**nquitum em̄ spes respicit bonū speratum: spes ex amore causat̄. Non em̄ ē spes nisi de bono desiderato et amato. **I**nquitū uo spes respicit id. p̄ quod fit nobis possibile aliqd̄. sic amor causatur ex spe et nō ecōuerso. Et hoc est qñ p̄ aliquē speramus nobis puenire bona posse. mouemur in ip̄m sicut in bonū nostrum. et incipimus amare eū. **I**tem spes adiuuat opatōnem. Et hoc dupliciter. i. rōne obiecti qd̄ est arduū possibile. arduū autē excitat attentōnem. et rōne effectus. qz. i. causat delectatōnem. delectatō autē adiuuat opatōnem **Tho. p̄ma sc̄de. q. xl.**

Triplex autē est spes. S. i. videlicet naturalis. virtualis. et criminalis. **S**pes naturalis ē quedā passio. **T**ñ et plus dicit̄. qz iuuenes sunt magne spei. **H**ec ē p̄munis nobis et brutis. **P**er experientia em̄ videmus. qz canis mouet̄ ad insequendū lepore. et accipiter auē. et h̄. qd̄ nō faceret nisi q̄a sperat assequi. **E**st autē hec passio in irascibili. que ē etiā in brutis s̄m **Tho. in. ij. sen. di. xxvij.** **C**um em̄ om̄is passio sit in p̄cupiscibili vel irascibili. **O**m̄is illa passio. de c̄ intellectu est appetitus in bonū vel cōueniēs simpliciter: ē in p̄cupiscibili. sicut amor. delectatio et h̄. et opposita horū. **O**m̄is autē illa passio de c̄ intellectu ē motus in bonū cū circūstantia difficultatis: est in irascibili. **E**t h̄ sūt om̄ia illa q̄ importāt bonū vel malū. cuz de notatione alicuius quantitatis. sicut ira que exurgit ex magna lesione. quā quis p̄t vindicare sed non in p̄mptu. **T**imo: non est de-

quolibet malo. sed de magno cui non potest resisti vel difficulter. Spes importat motum appetitus ad aliquod bonum commensuratum appetiti. Non enim est de bono et tanto ad quod nullo modo potest perueniri. nec tamen de tempore quod pro nullo habeatur. sed de eo quod est difficile haberi. et tamen potest haberi. propter quod dicitur arduum. Et sic arduum addit quandam spalem rationem bonitatis. scilicet pretiositatem quandam. ex hoc ipso quod non defacili potest haberi. sicut dicitur esse rarum caput. Differt autem in hoc ab audacia. quia audacia importat extensionem appetitus in aliquod arduum malum ut repellat. Spes autem extensionem appetitus in arduum bonum ut acquirat. sed quia de spe ut est passio dictum est superius. ideo non hic aliud de ea. Naturalia tamen non sunt nec vita nec virtutes. **S**pes virtualis est virtus theologica. de qua psalmus. Tu es domine spes mea. et est ibi predicatio per causam. id est tu es causa spei mei. Ubi etiam sciendum secundum Theophrastum in iij. sen. bi. ij. quod spes ultra acceptam predictam. scilicet per passionem. secundum quod sumitur in bonum. accipitur quadrupliter. Uno modo putat nominat habitum inclinationem ad actum voluntatis. simile actui spei que est passio per se sensitiva. ut ibi. i. Corin. xij. Nunc manent fides. spes. caritas. Secundo modo putat nominat actum preteritum a tali habitu. et sic est actus virtutis ut ibi in psalmus. Moab olla spei mee. Moab signat malos qui sunt olla. facientes sua persecutione fervere et coquere. id est perficere spem nostram. Tertio modo putat nominat rem speratam. et sic est obiectum virtutis. ut ad ebitum. iij. Expectantes beatam spem. id est visionem beatam speratam. Quarto modo putat nominat certitudinem que sequitur spem. ut ibi ad Romanos. v. per batio vero spem. id est spei certitudinem. et sic nominat statum perfectionis in virtute. quantum ad certitudinis intentionem. Est etiam sciendum quod spes que est virtus non opponitur timori que est donum. quia illa de bono futuro ista de malo futuro. Et ratio est. quia spes se extendit in deum. ex consideratione diuine largitatis. Timor vero dicit resistitatem. ex consideratione proprie peccitatis. et ita non est secundum idem resistitio timoris et excessio spei. unde non sunt tria. cum contraria sint secundum idem. **S**pes criminalis solo nomine et improprie dicitur spes. propter aliquam apparentem similitudinem quam habet cum ipsa. De qua dicitur in psalmus. Nolite sperare iniquitate. Et in euangelio Luca. vi. Mutuum date nihil inde sperantes. Nam talis spes que improprie et large dicitur spes. in mutuo inducit usuram. extra. de usu. consuluit. Quod intelligitur quoniam talis spes est causa principalis mutui. De ista tamen materia plene in secunda parte. tit. i. c. vij. Et dicitur spes secundum etimologiam que per gradum addit ad ardua. ut dicitur in catholico. **S**ecundum istam largam acceptationem spei. scilicet in malum. Nota secundum Wilhelmum in summa virtutum. quod ipsa est triplex. Prima est confidentia de seipso. Secunda est confidentia de

alio. Tertia est confidentia de aliquo vano. De prima dicitur puer. xvij. Qui confidit in corde suo stultus est. Vere autem stultus est confidentes de se. que prius loquendo presumptio est. Nam homo non est sufficientes ex se. nec ad subsistendum. nec ad defendendum se. nec ad merendum. **Q** homo nec aliqua alia creatura sit sufficientes ad subsistendum ex se. ostendit Gregorius dicens. Esse omnium que de nihilo facta sunt: in nihilum redeunderet. nisi ea omnium actor manu regiminis retineret. Secundo non est sufficientes defendere se ab hostibus suis. immo a demone cito perimeret. nisi a deo protegeret. **T**ren. iij. Misericordie eius quod non sumus presumpti. Tertio est insufficientes ad merendum. quia nec ex se sufficit bonam vitam inchoare. i. corin. iij. Non quod sufficientes simus cogitare aliquis a nobis que ex nobis. Cogitatio autem primum opus videtur esse. Potest homo se perimere. sed non se resuscitare. **O**see. xij. Perditio tua ex te israel. tamen in me auxilius tuus. Item est insufficientes in bono inchoato perseuerare. **G**regorius cito bonum amittit nisi a largiente custodiatur. Est etiam insufficientes in bono proficere. **B**eatus vir cuius est auxilius abs te ascensionem etc. **C**onfidentia seu spes in homine est fallax et perfidens hominem. **I**sa. xx. Confundentur ab ethiopia spe sua. Et confidunt homines in altero aliquo ratione peractis. **S**ed dicitur his. **I**sa. xxxi. Ne qui descendunt in egiptum ad auxilius sperandum. et non sunt perisi in sanctum israhel etc. Aliquo ratione sanguinitatis. secundum quod dicitur. **I**sa. xviij. Maledictus vir qui confidit in homine et ponit carnem. id est parentelam brachium suum. id est robur suum. Aliquo ratione malitie et iniquitatis. **P**salmus. Nolite sperare in iniquitate. per astutias hominum putantes obtinere que volunt. **C**onfidentia in re vana est confidere. vel in vita temporalis que brevis et momentanea est. **S**ap. v. Spes impij que lanugo que a vento tollitur. **N**el confidentia in diuitijs. i. ad Thimo. vi. Diuitibus huius seculi precipue non sperare in incerto diuitiarum sed in deo vivo. **N**el confidere in fama et opinione hominum. **J**ob. viij. Spes hypocrite peribit. Quid enim hypocrite in cunctis suis operibus sperat. nisi honoris reuerentiam. gloriam laudis. a melioribus metui. sanctus ab hominibus vocari. **S**perabit ista spes. quia eternitatem non querens. fugit quod tenet. quia eius intentio in illa gloria non figitur. que sine fine possidet. **J**ob. viij. Sicut te. le araneorum fiducia eius. id est hypocrite. Omnis ergo ista mala. improprie dicta spes. abicienda est.

De octaua passione que dicitur Desperatio. **C**apitulum octauum.

Desperatio est passio contraria spei. Sicut enim spes importat quendam accessum. Tendit enim sperans in obiectum. id est rem speratam

274

que est bonū arbuū. qđ habet rōnem attra-
ctiui. put est cū possibilitate adipiscēdi. Sic
desperatō importat quēdā recessū. Nā despe-
rās discedit a bono arduo. nō qz nō desideret
sed qz p̄siderat illud cū impossibilitate obti-
nēdi. et ideo habet rōnem retractiui.

De desperatione quibus .S. i.

a ip̄a sonet in vitijs. tñ aliqñ sine peccato est.
cū. s. est solū fm motū passionis p̄mū. ut cū
quis videns se in piculis maximis maris vel
inuasione sibi facte vel infirmitatis quissī-
me: desperat euadere mortē. nihil tñ incōue-
niēs agit p̄pter hoc. passionibz em̄ puris nec
meremur nec temeremur. Aliqñ ē merito-
ria rōne adiūctē humilitatis: puta. cū quis
vocatus vel missus ad aliqđ officium vel exer-
citiū magne importātie. desperās de aptitu-
dine sua et ydoneitate ad illud: humiliē re-
cusat et refugit. nō tñ animo obstinato. Sic
Moyses desperās se esse aptū ad loquendum
Pharaoni. et educendū pplm de egipto. p̄pter
impeditiorē linguā recusauit ire. nisi cū so-
cio. s. aaron eloquēti. Et saul audito qđ debe-
ret rex fieri sup israhel. se abscondit in domo.
reputās se omnino indignū. Et Gēg. fugit.
desperans se apte papatū rectur. Aliqñ est
vitiōsa et p̄tēpnatoria. ut cū quis desperat d̄
remissione peccati et salute. vel receptōe au-
xilij a deo in suis indigentijs. **b** Huius autē
desperatōnis septem p̄nt esse cause fm Mau-
ritiū de distinctionibz. Et prima est ex p̄fusi-
one quā habet quis de peccati sui publicatō-
ne. Confūdatur quis ex hoc aliqñ. ut intret
desperatōnem et effrenis peccet. ex quo videt
se famaz amisisse. Et p̄pter hoc p̄cipit a xpo
ut cū peccatū alicuius est occultuz: occulte
corrigat. nō palaz. ne amisso pudore ex ip̄i
manifestatōne qui eū retinebat. frequēter si-
ne freno recidiuet **Diere. ij.** Desperavi. neq̄
qđ faciā dicebat populus iudeozū. s. ultra qđ
dñs iubet. Et quasi assignās causam huius
desperatōnis: subdit. Sicut p̄fūdatur fur qñ
deprehēditur. sic p̄fusa est domus isrl. Con-
fusio furis dephēsi in furto. designat p̄fusio-
nem animi ex publicatione sui peccati. S3
ut dicitur **Eccl. ij.** Est qui pre p̄fusione p̄dit
aiam. Et ideo nō debet p̄pter hoc quis despe-
rare. sed p̄siderare p̄fusione immēsam quam
habebit in finali iuditio. qñ publicabuntur
om̄ia scelera sua coraz toto mūdo **Diere. xx.**
Confundentē vebemēter. tūc. s. quia nō intel-
lexerūt obprobriū sempiternū qđ nunq̄ de-
lebitur. Et ex hac p̄sideratōne cessare a ma-
lis. et sperare dei adiutorij. et fame recupa-
tionem. que utiqz recuperatur p̄ penitentiā et
bonā vitam. ut patet ex magdalena et paulo
d Secunda causa desperatōnis est ex pecca-
toz cōmissa multiplicitate. De quibz potest
intelligi illō **Ep̄b. iij.** Desperantes semetip̄os

immūditie se traherunt. Sed sicut incēdēs
p̄ viam lutosam. et frequentissime cadens in
scenū. n̄ tñ ibi se firmat sed resurgit. ita quā-
tumcūqz quis deliquerit. semp debet resurgē
p̄ penitentiā et nunq̄ desperare. Ad qđ ani-
mat peccatores ip̄e fons pietatis ih̄s dicens
petro. Nō dico tibi septies. s. si peccauerit fr̄
dimitte cū penitē. s3 vsqz septuagesies septies
Matth. xvij. Etia si p̄misisset omnia pecca-
ta que cōmissa sunt ab initio mundi vsqz ad
nunc. que numerātur a luca. iij. c. et describū-
tur. lxxvij. esse ab adam vsqz ad xpm. Ad qđ
etiā facit quod ait Criso. in li. de repātōne la-
psi: dicens. Talis est erga homines dei pie-
tas. ut nunq̄ respuat hominis penitentiā.
si ei pure et simpliciter offeratur. Etia si ad
summū quis puenerit vitiōz. et reuerti ve-
lit ad virtutis viā: suscipit et libēter ample-
ctitur. et om̄ia facit. q̄te nus ad priorē reuo-
cet statū. de pe. di. iij. talis. Exemplū patz in
pabola d̄ pdigo filio. qui abierat in regionē
longinquā. et p̄sumperit omnē substātiā q̄.
Abi notatur multiplicitas vitiōz. tñ reuer-
sus cum magno gaudio receptus fuit a p̄e
Luce. xv. Tertia causa puenit ex flagiti-
enormitate **Michee. j.** Desperata ē plaga ei
sicut est peccatū p̄tra naturā. p̄ditio. homici-
dium. et h̄. Sic iudas scarioth attentens
enormitatē sceleris cōmissi. desperās se vnq̄
posse satisfacere. laqueo se suspendit **Matth.**
xvij. Maius autē fuit peccatū ip̄a desperatō
et occisio sui q̄ p̄ditio. abstulit em̄ sibi p̄-
pus penitētie. quod solū ē in vita p̄nti. Dic-
em̄ sibi fuisset indultū sicut petro. si peniten-
tiā egisset. nā. j. q. vij. si quis d̄. Bonus est in
omnibz deus. et apta viscera eius. s. misericō-
diē omni homini penitēti. Ante leo papa in se-
mone. Sceleratior omnibz iuda et infeli-
tior extitisti. quē non penitentiā reuocauit
ad dñm. sed desperatio traxit ad laqueū. Ex-
pectasses p̄sumatōem criminis tui. et donec
sanguis xpi pro peccatoribz funderet infor-
mis leti suspendium distulisses. de pe. di. iij.
f Quarta causa desperatōnis est ex tempo-
ris diuturnitate: puta cū quis permanet in
peccato p̄ multa tempora vel vsqz ad mortē
Proverb. xx iij. Si desperaueris lapsus in
die angustie minuet fortitudo tua. Dies an-
gustie est dies mortis. Neqz em̄ lapsus in pec-
cata vsqz ad finez debet desperare. Quis em̄
piculosuz sit p̄manere diu in peccatis. quia
usus vertitur ī naturā et naturalia. nisi per
diuinā potentia non mutent. tñ manet vsqz
ad extremū vite libez arbitriū. ad aptandū
et prebandū se ad grām. quā deus infūdīt
semp facienti homini quod in se ē. fm bea.
Tho. in. iij. Que grā subito tollit omnē ha-
bitū viti. inq̄tum p̄trariū virtutibz infusis.
Ante leo papa. Nemo est desperādus dum ē

in hoc corpore constitutus. quia nonnunquam quod
 diffidentia etatis differtur: consilio maturio-
 ri perficitur. de pe. dis. vij. Item. Misericordie
 dei nec mensuras possumus ponere nec tpa
 diffinire. apud quem nullas patitur moras con-
 uersio. Exemplum de latrone in cruce. de quo
 Julius papa. Latro unius momenti peniten-
 tia. meruit esse in paradiso in hora ultime profes-
 sionis. xxvi. q. vi. si presbiter penitentiam. Ex-
 emplum de manasse impiissimo rege iuda. qui diu
 perseueravit in multis malis. Regnavit enim per
 l. annos. et in senectute propter peccata sua cap-
 tus ab inimicis et incarceratus: penitens
 meruit indulgentiam et restitutionem regni sui
 iiii. regu. xxi. Quinta causa est ex pusilla
 nimitate. huiusmodi. scilicet videtur peccatori nimis diffi-
 le et quasi impossibile posse facere penitentias
 sibi iniungendas. cum pro unoquoque mortali
 sunt regulas antiquas ecclesie debet imponi se-
 ptemnis penitentia. ut huiusmodi. xxij. q. i. predicandum. Sed
 hodie cum sint arbitrarie penitentia. ut huiusmodi extra. de
 pe. et re. omnia. non iniungitur penitentia alicui quam
 non possit faciliter pagare. dummodo peccata
 velit dimittere. et restituere et satisfacere pro-
 mis de his que tenet. Et hoc huiusmodi. tunc neces-
 sarium. Et rationabilis et utilis est homini pro-
 nere salutem suam substantie temporalis et familie
 que in brevi habet dimittere. et nil secum pro-
 ferre. quod propter amorem filiorum et diuitiarum alie-
 na retinendo. in infernum demergi cum familia
 sua. Alius autem ex pusillanimitate desperat se
 posse vitare peccata: ex parte frequenter reci-
 diuum. Sed cum gratia potior sit quam natura. gratia
 que datur in penitentia credere debet quod faciet eum for-
 tioris cunctis hostibus. Nam secundum b. Thome. minus
 gradus gratie est sufficiens ad resistendum omni
 temptacioni. ut scilicet non assentiat. et etiam suffra-
 gia ecclesie eius iuuant. Debilis quod est hostis qui
 non vincit nisi uolentem. Et dicebat Job domino
 Done me iuxta te. scilicet per gratiam. et cuius uis-
 manus pugnet contra me. quod dicitur nullus preualebit.
 Sexta causa desperacionis procedit ex falsa
 ymaginacione. huiusmodi. scilicet quis uidet se multum tepidum in
 dei fuitio. et omnia defectuose et pauca bona age-
 re. et multum vexari a temptacionibus fidei vel
 luxurie et huiusmodi. dubitat et quasi extimat se a deo
 reprobatum. et odio habitum. propter quod despe-
 rat se posse saluari. In quorum persona dicebat
 psalmista. Ego dixi in excessu meo. scilicet rationis. proie-
 ctus sum a facie oculorum tuorum. ut scilicet non ui-
 deas me ab approbationem et salutem. Sed ut
 dicitur. i. Regu. v. Periculosa est desperacio
 Idem pro modo temptacionis ingressi sunt san-
 cti viri ad tempus. ut legimus de sancto Bern-
 hardo et quibusdam alijs. sed falsa est ista yma-
 ginacio. quia ut dicit saluator. Lu. xviii. non
 est uoluntas patris ut pereat unus ex his pu-
 sillis. Propterea toti mundo omnibus pro-
 nit documenta salutis et sacramenta gratie. Et

bicit. b. Thome. primo sen. quod si reuelaretur alicui
 quod esset reprobatus et deberet damnari: non
 debet credere sed esse illusionem dyaboli sub spe-
 cie angeli lucis. Vel si sciret esse a deo talem
 reuelationem. debet credere hoc dictum fore sub
 probatione. uidelicet si sua conuersationem non mu-
 tet quam habet malam. Sed talis dicat cum effectu
 illud Job. Etiam si occiderit me. id est occidendum et
 damnandum reuelauerit: sperabo in eu. Quia
 sperauit in me liberabo eu ait ipse pro peccatis. pro-
 pterea erga eum. et infra. Cum ipso sum in tribulatione
 eripiam eu et glorificabo eu. Septima cau-
 sa desperacionis est multiplicatio temporalis affli-
 ctionis. a qua cum quis non credit posse erui
 nec posse sufferre se: desperat. procurans sibi mor-
 tem ut illa aduersa euadat. Idem. xv. Quare
 factus est dolor meus perpetuus et plaga mea
 desperabilis. Multum enim talis decipit. quod dum
 credit euadere miseras illas quas patitur: in-
 currit multo maiores. et ipsam. scilicet mortem que est
 ultimam terribiliam et eternas penas inferni.
 Sicut fecit Saul rex israel. qui in morte gelboe
 plium exercens cum philistinum. uicens exercitum
 suum de uictum. timens capti et in ultionem illud
 ab inimicis: ex desperacione super hastam suam se
 piccit ad se occidendum. Et quod pro illi modo non
 plene mortuus est: rogauit adolescentem ama-
 lechitam ut proplete occideret eu. ne uiuus caperetur
 a philisteis. quod et factum est et damnatus inde. ut
 habetur. i. Regu. i. Sed quantumcumque quis aduer-
 sis circumdatur. et angustietur. nunquam debet diffi-
 dere de adiutorio dei. et precipue ut propter hoc
 agat aliquid iniquum. Mirabiliter enim deus
 adiuuat in casibus ubi deficit uirtus humana.
 Respicite filij nationes hominum et uidete. quia
 nullus sperauit in domino et derelictus est. Eccl. i.
 Et de Dauid legimus. quod cum saul persequeretur eum
 in quodam monte seu loco circumisset eum cum
 sotijs. ita quod dauid desperabat euadere de ma-
 nibus eius subito delata fuerunt ipsi saul noua
 quod philistinum inuaserat et discurrerat per terri-
 torium eius propter quod coactus fuit redire et
 sic dauid euasit. Nunquam ergo debet quis in an-
 gustijs desperare. sed deo se recomendare. qui
 omnia potest. Seneca. Fortuna tibi omnia
 abstulit. spem reliquit. Item. Tolle spem ne-
 mo victus temptabit arma. Cum tamen uideas
 quotidie aliquos fortes viros et bene munitos
 uinci et capi. et econuerso. paucos et debiles
 puenire ad magnas uictorias. preter omnes
 spem. et credulitatem humanam.

De nona passione que dicitur
 Audacia. Capitulum Nonum.

Contraria autem passio
 ad timorem dicitur audacia. Cum enim de-
 ratione prius sit. quod maxime a se di-
 stent. et audacia maxime distat

276

a timore. Nam timor refugit nocentem fugit propter eius victoriam super ipsum timentem. Sed audacia aggreditur periculum imminens propter victoriam sui supra ipsum periculum. Et sic patet quod contrariatur audacia timori. Et nota quod audacia, ira, et nomina omnium passionum. secundum quod important absolute motum appetitum sensitivum in aliquod bonum vel malum, sic sunt nomina passionum. secundum vero quod simul cum motu tali important recessum ab ordine rationis, sic sunt nomina vitiorum, et isto modo loquendi utuntur communiter doctores, scilicet de ira, audacia, et huiusmodi, putant important vitium. **Consequitur autem audacia ab spe, ex hoc quod aliquis sperat superare terribile imminens: ex hoc audacter insequitur ipsum. Sic ad timorem sequitur desperatio. Ideo enim quis desperat, quia timet difficultatem que est circa bonum sperandum. Et sic persecutio boni pertinet ad spem. Fuga vero boni ad desperationem. Fuga autem mali ad timorem. Insecutio vero mali terribilis ad audaciam. Causatur etiam audacia ex parte quidem appetitui motus, qui sequitur apprehensionem, per ea que faciunt extimare quod possibile sit adipisci victoriam. Vel per propriam potentiam, sicut fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo pecuniarum, et talia huiusmodi. Siue per potentiam aliorum, sicut multitudo amicorum, vel quorumcumque auxiliatorum, et precipue si homo confidat de auxilio divino. Unde illi qui se bene habent ad divina: audaciores sunt ut etiam dicit philosophus. Ex predictis enim omnibus provocatur spes que causat audaciam. Causatur etiam per remotionem terribilium appropinquantium, per quod tollitur timor, quia non habet homo inimicos quando nulli nocuit et huicmodi. Ex parte vero transmutationis corporalis, causatur audacia per provocationem spei, in exclusionem timoris, ex his que faciunt caliditatem circa cor. Unde secundum philosophum huiusmodi animalia sunt magis audacia, et habentia magnam cor: sunt timida, quia calor naturalis non tantum potest calefacere magnam cor: sicut puerum. Habentes etiam pulmonem sanguineum sunt audaciores, propter caliditatem cordis exinde sequentem. Ani etiam amatores sunt magis audaces, propter caliditatem vini. Item audaces secundum philosophum sunt volantes ante pericula, sed in ipsis descendunt. Et ratio est, quia cum audacia sit motus appetitus sensitivi: sequitur apprehensionem sensitivam virtutis. Virtus autem sensitiva non est collateralis nec inquisitiva singulorum, que circumstant rem, sed habet subitum iudicium. An quoniam audaces qui ex subita apprehensione aggressi sunt aliquod difficile, non considerantes pericula, quoniam iam experiuntur ipsa pericula, sentiunt maiorem difficultatem quam extimaverunt, et ideo**

deficiunt. Sed ratio est discursiva omnium que afferunt difficultatem negotii, et ideo forte qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videtur remissi, quia non passim sed cum deliberatione debita ingrediuntur, quoniam autem sunt in ipsis periculis, non experiuntur aliquid improvisum, sed quoniam minora illis que percontaverunt, et ideo magis persistunt. **Tho. prima secunde, q. xlv.**

De decima passione que dicitur Timor et effectu et utilitate eius. Capitulum decimum.

De timore videnda sunt quinque, scilicet ortum, obiectum, defectum, effectum, et perfectum. secundum Ray. in summa. **¶ Etum ad primum sciendum, quod causa timoris est duplex, scilicet amor et defectus virtutis. Quod amor sit causa timoris probatur tali ratione, ex hoc quod aliquis amat aliquod bonum, sequitur quod timeat privationem illius boni quod amat, ergo amor boni est causa timoris mali privationis illius boni. Ad hoc etiam facit quod ait Aug. in li. lxxviii. q. videlicet. Nihil dubium est non esse aliam causam metuendi, nisi ne illud quod amamus aut adeptum amittam, aut non adipiscamur speratum. **¶ Per accidens autem est quod e converso timor sit causa amoris. In quantum enim homo quia timet puniri a deo servat eius mandata, sic incipit sperare de deo, et spes introducit amorem, hec. b. Tho. prima secunde, q. xliii. Secundo defectus virtutis est causa timoris quod sic probatur. Contrariis sunt contrarie cause, sed divitiis, robur, multitudo amicorum, potestas, excludunt timorem secundum philosophum. ij. rethoricoz, et per contrarium, defectus horum bonorum causat timorem. Probatur et alia ratione sic. Obiectum timoris est malum, quod difficili vitari non potest, sed ex defectu virtutis contingit, quod aliquis vitare non potest seu repellere malum imminens, ergo et cetera. hec. b. Tho. ubi supra.****

¶ Ponit autem Damascenus sex species timoris qui est passio, scilicet segnitatem, erubescenciam, verrecundiam, admirationem, stuporem, et agoniam. Quorum sufficiens sic declarabat. b. Tho. prima secunde. Eius timor sit de futuro malo, quod excedit potestatem timentis, ut scilicet resistere non possit. Sicut bonum hominis, ita et malum considerari potest, vel in operatione ipsius vel in rebus exterioribus. In operatione ipsius hominis potest malum dupliciter timeri. Primo quidem labor gravans naturam, et sic causatur segnitatem, cum scilicet aliquis refugit operari propter timorem excedentis laboris. Secundo turpitudine ledens opinionem, et sic si turpitudine committatur in actu sic est erubescencia. Si sit de turpitudine facto: est verrecundia. Malum vero quod in rebus exterioribus consistit, triplici ratione potest excedere hominis facultatem, ab resistendum.

Primo rōne sue magnitudinis. cum. s. aliq̄a
p̄siderat aliquod malū magnū. cuius exitus
p̄siderare nō sufficit. et sic est admiratio. Se-
cundo rōne p̄suetudinīs. q̄ si aliq̄d malū in-
consuetū n̄re p̄sideratōni offerē. et sic est ma-
gnū nostra reputatōne. et hoc modo est stu-
por qui causat̄ ex insolita ymaginatōe. Ter-
tio modo rōne improuisionis. q̄. s. p̄uideri n̄
p̄t. sicut futura infortunia timent̄. et dicitur
agonia. bec. b Tho.

De obiecto timoris. §. i.

Nota q̄ p̄mo et p̄ncipaliter est ip̄m malum.
secūbario q̄ p̄t infligere illud malū. Et quia
deus ē summa bonitas. inq̄tum timor respi-
cit ip̄m malū. sic deus timeri nō p̄t. q̄ nullū
malū est in eo. Est aut̄ sciendū. q̄ timor p̄ se
est de malo. Et rō huius ē. q̄ timor est de eo
q̄d est priuatiuuz eius q̄d amamus. Cum q̄
amor sit boni. et malū sit priuatiuū boni: se-
quitur q̄ timor sit de malo. b Tho. p̄ma sc̄de
q̄. xliij. Secundo notandū q̄ timor nō est
de malo culpe. p̄p̄e. b r̄atio est. q̄ illud quod
omnino subiacet p̄fati hominis. non habet
rōnem terribilē. sed malū culpe ē huiusmo-
di eo q̄ p̄p̄iam causam habet voluntatē hu-
manā. que vitare p̄t q̄dcunq̄ peccatū. ḡ r̄c.
Tamē p̄t dici aliquo mō timorē esse de malo
culpe. etsi non ita p̄p̄e. Rō huius est. quia
timor est de malo futuro terribili. quod vita-
ri et vinci p̄t. sed cū magna difficultate. Cū
ergo voluntas humana possit ab aliquo ex-
trinseco inclinari ad peccanduz. si illud in-
clinans habeat magnā vim ad inclinanduz.
fm hoc p̄t esse timor de malo culpe. ut cum
quis timet p̄morari in societate malorū. ne
inducat̄ in malum. et si nō cogatur. Sepa-
tio aut̄ a deo timef. quia est p̄sequēs pecca-
tum. ut pena Tho. ubi sup̄. Tertiuū est q̄
timor ē de malo nature. q̄d patet ex hoc q̄
mors ē malum nature. et mors est que ē in
omnia mala terribilissimū. ut dicit p̄lus in
ij. rethorice. Tho ubi sup̄. Et p̄ter a xpc̄ sin-
gulariter amonuit discipulos mortē nō esse
timendā. que infertur p̄ter deū: dicens. No-
lite timere eos qui occidunt corpus. q̄ scie-
bat maxime timeri ab hominibz. Quarto
notandū est. q̄ timor est de malo futuro. Et
in hoc differt a tristitia seu dolore. quia tri-
sticia est de malo presenti. timor de malo fu-
turo. Et hinc est q̄ illud malum quod nō ex-
timatur vel apprehēditur ut futuruz. sed ut
presens et necessariū: non timetur. Unde di-
cit p̄lus in. ij. rethorice. q̄ illi qui iam decipā-
tur non timēt mortem. videntes sibi imminere
necessitatem mortis Tho. ubi sup̄. Quintum
est. q̄ timor est de malo futuro p̄p̄inquo
Si enī malum apprehēdatur ut multum re-
motum. et multum distās: non timef. Unde

dicit p̄lus. q̄ homines n̄ sciunt q̄ morient̄.
tū quia non apprehēdūt nec extimāt mortē
ut p̄pe: nil curant Tho. ubi supra. Sextuz
est. q̄ timor est de malo arduo. cui defacili re-
sisti non p̄t. Sed tristitia p̄t esse de quocūq̄
malo paruo vel magno. Timor aut̄ non est
nisi de magno malo. Cuius ratio est. q̄ est d̄
illo malo quod nō subiacet voluntati nostre
et potestati. sed tale est magnum et arduum.
Et cū timor sit de malo. p̄ncipaliter qua-
tuor sunt mala inter alia. que magis timen-
tur. s. mala penalia. insolita. repentina. inre-
mediabilia. Primo igitur timetur pena-
lia mala. Cuius ratio est. quia vitare talia n̄
subiacet potestati nostre. et voluntati defa-
cili ut dictū est supra de morte. Secundo
timent̄ insolita. Cuius rō est. q̄ exp̄ientia fa-
cit magis potentē ab opanduz. Et ideo sicut
auget spem. ita diminuit timorē. Per oppo-
situm. in exp̄ientia facit hominē minus po-
tentē ad opandum. et ideo sicut in exp̄ientia
diminuit spem. ita auget timorem. Insolita
aut̄ carent in exp̄ientia. ergo r̄c. Item vnū
quodq̄ magis apparet p̄trario iuxta se posi-
to. Et cum aliquis statim transijt a paup̄ta-
te ad diuitias. p̄ter paup̄tatez p̄sistentem
diuitias magis extimat. et ecōuerso. diuites
statim ad paup̄tatez veniētes eā magis hor-
rēt Tho. q̄. ubi supra. Tertio timent̄ repē-
tina. Et rō huius ē. quia om̄ia corpalia bo-
na et mala. quātomagis p̄siderantur al̄ p̄ti-
culantur tanto minora apparēt. Et per op-
positum. quātominus p̄siderantur. tanto ap-
parēt maiora. Et ideo sicut per diuturnita-
tem dolor presentis mali mitigatur. ut patet
p̄ Tullium in li. de tusculāis questionibz. ita
etiā ex p̄meditatōne minuitur timor fu-
turi mali. quod aut̄ repente venit: p̄medita-
tari non p̄t Tho. ubi supra. Quarto timē-
tur inremediabilia. Cuius ratio est. quia cū
malum sit obiectum timoris. q̄d auget ma-
lum: auget timorem. Sed diuturnitas vel
perpetuitas mali auget malum. quod patet
quia si pati malum in tāto tempore ē malū.
ergo pati illud in duplicato tempore erit ma-
lum duplicatū. ergo pati idem malū perpe-
tuo est quoddā malū infinitū. Sed inreme-
diabilia quoz non inuenitur auxiliū: acci-
piūt ut p̄petua. ergo r̄c. Tho. ubi sup̄. Ex
his patet extremū iudiciū multum esse timē-
dum. tū quia sup̄ om̄ia afflictiuū. tum quia
repentinū vel improuisū. tum q̄ insolitū. tū
quia om̄is remedij exclusiuum. Tunc enim
nulla patebunt remedia. Secūbario (ut
dictū est) obiectum timoris est illud. q̄d p̄t
infligere malū. et sic deus potest et tebet ti-
meri. Timet enī homo fm bec tria. s. diuinā
equitatē. Nam considerādo diuinā iusticiam
qua deus inflictor ē pene. vel subtractor: sue

278

presentie vel sue glorie. ex merito peccati no-
stri. tunc deus potest et debet timeri a nobis
Unde Malach. 1. **Di** ego dñs vester ubi est ti-
mor meus. Secundo timet homo humanaz
potestatz quādo est lesiva vel quādo est in-
iusta. quia sic in promptu habet nocumētū
inferre. sicut legitur de Holoferne. q̄ cecidit
timor illius sup omnes inhabitātes terram
Judith. ij. **Et** hoc ppter potentiam magnam
usurpatam. tū quia n̄ receperāt legatos na-
buchodonosor cuz honore. Tertio timet ho-
mo crimen eius pgnoscentem. sicut ille qui ē
p̄sciis criminis. quia p̄t nocumētū inferre:
timet ne crimen revelet. Sicut moyses. cum
reprehenderet hebreum socio suo iniurian-
tem. et ille respondisset. **Quis** te p̄stituit iu-
dicem super nos: Num interficere me vis. si-
cut interfecisti heri egiptium. timuit moy-
ses eoq̄ ille sciret illud. **Uñ** et fugit a facie
curia Pharaonis. ne. s. accusaret Exo. ij.

De defectu timoris. S. ij.

Sciendum q̄ triplex est p̄ditio vel varietas
hominū. Nam quidā suphabūdāt in audēto
quidam in timendo. quidam in nō timēdo.
Primi sunt qui sunt nimis audaces. sicut
fuerūt illi tres viri de exercitu dauid. q̄ iue-
runt vsq̄ ad portā bethleem. ubi morabant̄
castra philistim. qui erant inimici isrl. et ex-
cisterna que ibi erat hauserūt aquā. quā de-
sideratā a dauid attulerūt ei. **Sz** nō voluit
bibere. ymo libavit dño ppter maximū peri-
culū. ad qd̄ se sine causa urgenti posuerāt. ij
Regū. xxiij. **Horū** societate admonet vitare
sapiēs: dicens. **Cum** audaci nō eas. i. nō cō-
uerseris cū eo. qui nō metuit vt recta ratio
docet. **Sūt** alij qui suphabūdāt in timē-
do. et hi dicūtur timidi. qui. s. timent qñ non
oportet. et ubi nō oportet. et eo mō quo nō
oportet. **De** quibz ps. **Timuerūt** timore ubi
nō erat timor. **Et** hoc ē peccatū. Sicut **Pe-**
trus ita timuit mortē q̄ xpm̄ negavit. vt p3
Luc. xxiij. **Uñ** Aug. **Timēdo** mortēz carnis
tue: dabis mortem aie tue. **Tertij** sunt qui
suphabūdant in nō timēdo. et tales dicūtur
impauidi. qui. s. nihil timēt. tales sūt similes
quidā iudici de quo d̄r **Lu. xvij.** **Erat** quidā
iudex in ciuitate qui deū n̄ timebat. et hoies
non verebāt q̄. **Et** licet timor dei magis de-
beat r̄trahē a peccato q̄ verecūdia mūdi. tñ
oppositū frequēter p̄tingit. **Uñ** **Theophilus**
sup illo verbo sic dicit. **Uide** q̄ impudentem
erga hoies esse: ḡuiozis ē mali inditiū. **Deū**
em̄ q̄ plures hoies nō timēt. attamē huma-
no cohibētur pudore. **Cum** em̄ aliqs fit im-
putens erga hoies. tūc crescit tumult' vitio-
ruz. **Et** de dyabolo d̄r **Job. xij.** **Factus** est vt
nullū timeret. i. non p̄ naturā sed elatōnem
ad hoc venit vt nullū timeret. **Uel** sic. **Fac-**
tus est bonus. s3 per p̄riam p̄sumptōem ab

hoc venit. vt nec deū nec q̄ passurus ē: time-
ret. **Licet** em̄ demones timore naturali ter-
mēta timeant. qz vt d̄r **Jaco. ij.** demones cre-
būt et p̄tremiscūt. non tñ hnt timorē filialē.
Uel sic. **Factus** ē vt nullū timeret. s. p̄ hunc
modum q̄ vellet ei subici. **Quo** aut timor et
intimiditas sit peccatū. vide in secunda pte.

De effectu timoris. S. iij.

Nota q̄ tria in nobis causat timor inf alia.
Primo p̄tractōnem efficit. **Secundo** tremorē
elicit. **Tertio** opatōnem impedit. **Quum**
ad p̄mū timor p̄tractōnem efficit. fm. b. tho.
ubi sup. **Naz** ex ymaginatōne alicuius mali
que causat timorē. fit in nobis p̄tractio ōtu-
tis et coloris. **Cōtrahitur** em̄ ōtus aialis ab
interiora. cuius rō ē. qz q̄ malū aliqd̄ repel-
li nō possit: puenit ex debilitate ōtutis. **Air-**
tus aut quāto debilior ē. tanto ad pauitiora
se p̄t diffundere. q̄ ad exteriora se p̄t minus
extendere. **Et** hoc patet p̄ exempluz. **Uidem**
em̄ in moriētibz. q̄ calor naturalis ab inte-
riora retrahit̄. ppter debilitatē virtutis. **Si-**
militer i ciuitatibz qñ ciues timēt. retrahūt
se ab exterioribz et recurrūt ad interiora lo-
ca magis tuta q̄tum p̄nt. **Fit** secundo ex ti-
more p̄tractio coloris. cuius rō ē. qz spiritus
vel calor q̄ est causa coloris in timētibz. re-
trahit̄ ab exterioribz ad interiora. q̄ subtracto
remouet color. **Ubi** notandū q̄ timor fa-
cit pallētes. tacētes. et fugiētes. **Primo** pal-
lētes facit. cuius rō est. qz cū calor q̄ spūs in
timētibz (vt dictū ē) retrahit̄ ab exterioribz
ad interiora. hoc subtracto remouet color q̄
sequit̄ palledo. **Uñ** videm' q̄ timētes mortēz
pallefcūt. eoq̄ tūc ex timore mortis calor q̄
ē causa coloris ab interiora retrahit̄. **Opposi-**
tū aut h' verecūdia causat. **Nā** verecūdati n̄
pallefcūt. sicut faciunt inuidi sed potius ru-
bescunt. Cuius rō est. qz sicut i timore fit re-
tractō vel p̄tractō caloriz ad interiora. ita i
verecūdia fit diffusio caloriz ad exteriora.
Quāto aut calor q̄ est cā coloris ab exte-
riora diffūdit̄. tāto magis rubedo causat̄. **Facit**
timor secundario hoies tacētes. Cuius rō ē.
qz in timentibz fit mot' interioris caloriz q̄
spirituū a corde ad inferiora. q̄ iō timor tria
formationi vocis. q̄ fit p̄ emissionē spirituū
ad superiora p̄ oas. p̄ qd̄ timor nō sinit forma-
re vocē. q̄ p̄ p̄ns tacētes facit. **Sz** in dolētibz
ē oppositū. **Nā** in dolore natura p̄seruat in-
terius spm̄ et calorē. vt hoc vtaf ad expellē-
dū nociuū. **Multiplicatis** aut interioris spiri-
tū a calore. necesse ē q̄ emittant p̄ vocem.
et iō dolētes vix p̄nt se p̄tinē qñ clamēt. vt di-
cit ps̄ in li. de p̄bleumatibz. **Tertio** timor
facit fugiētes. cuius rō ē. qz in timentibz p̄p̄
frigiditatez ingrossantem spūs et calorem.
Spūs et calor a superioribz ab inferiora mo-
uent̄. nec p̄gregat̄ circa cor. sed magis rece-

dunt a corde ex ymaginatione defectus virtutis. Et propter hoc timentes non prompte inuadunt. sed magis refugiunt. Irati autem oppositum faciunt. Nam irati redduntur prompti et audaces ab inuadendo. Cuius ratio est. quia in iratis propter subtilitatem spirituum. et calorem qui puenit ex appetitu vindicte: fit interior motus spirituum ab inferioribus ad superiora. et ideo congregantur spiritus et calor circa cor. propter quod irati prompte et audacter incedunt. hec. b. Tho. ubi supra.

Secundus effectus timoris est quod tremor elicit. Cuius ratio est. quia in timore calor ab exterioribus ad interiora pertrahitur. Remoto autem ab exterioribus calore. quod membra continebat. remanent membra frigida. et propter hoc accidunt in eis tremores. Tremor enim ex frigiditate causatur. propter quod tremunt membra timentium. Et primo tremunt cor. eoque in timore calor deserit cor. Secundo tremunt uox. propter vicinitatem artarie vocalis ad cor. Tertio tremunt mandibula inferiora propter continuitatem. Quarto sequitur strepitus dentium propter eandem rationem. Quinto brachia et manus. tunc propter contensionem ad peccatum ubi est cor. tunc quia membra sunt magis mobilia. propter quod in timetibus genua tremunt. **Ubi Isa. xxxv.** confortate manus dissolutas et genua debilia et tremetia roborate. **Tho. prima secunde q. xliij.** Tertius effectus est. quod operam impedit. Pro cuius declaratione uidebatur tria. Primum est quod operatio exterior a duobus causatur. scilicet ab agente principali quod est anima. et ab agente instrumentali. scilicet a membris corporis. **Ubi 7** propter defectum agentis principalis et impantis vel motus. et propter defectum agentis instrumentalis non obsequetur operatio potest impediri. Secundum uidentium est. quod timor impedit operam. ex parte corporis vel ex parte membrorum eius. Cuius ratio est. quia propter defectum caloris qui ex timore causatur in membris exterioribus. et precipue in membris superioribus: timor ex subtractione caloris membra debilitat. et sic ea impedit operari. Tertium considerandum est. quod si timor sit multum uehemens et excessiuus intantum quod rationem perturbet. tunc talis timor impedit operam ex parte mentis. Si autem sit ita moderatus quod rationem non perturbet. tunc ab bono operando profert incrementum. scilicet sollicitudinem causat. et facit hominem attentius consiliari et operari. Et hoc est quod dicit apostolus ad Phil. ij. Cum metu et tremore salutem uestram operamini. id est cum metu mentis et tremore corporis. **Uel sic.** Cum metu. id est non presumptuose. sed cum humilitate. et cum tremore. scilicet manifesto operamini salutem uestram. id est uitam eternam. quod dicit apostolus. Nos meremur uitam eternam per humilitatem et per bonam operam. que ex nobis non habemus sed a deo. qui secundum apostolum operatur in nobis uelle bonum et perficere bonum. hec beatus thomas. prima secunde. q. xliij. **Quod autem dicit philosophus. quod timor facit homines consiliarios. hoc**

intelligendum est non secundum quod consiliarius a facultate dicitur consiliarius boni. quia sic nec timor nec aliqua passio facit consiliarios. Nam hominibus affectis aliqua passione. uideatur quod maius est minus quam sit secundum rei ueritatem. quod fit ex defectu rectitudinis iudicij. **Sed** facit timor consiliarios. ut consiliarius dicitur a uoluntate uel sollicitudine. Consiliatur enim homines de magnis in quibus quasi nobis ipsis discredimus. Ea autem que timorem incutiunt habent quandam magnitudinem. tum quia apprehendunt ut difficilia ad repellendum. tum quia apprehenduntur ut de ipse existentia. unde in timoribus consueuerunt homines consiliari.

De profectu timoris §. iij.

Sciendum quod ex diuino timore tria nobis bona pueniunt. Et primo gratia infunditur. Secundum culpa excluditur. Tertio uita perficitur. **Ubi** ad primum dico. quod gratia infunditur ex timore dei. **Ubi** puer. xiiij. dicitur. Timor domini sicut fons uite. Dicit enim a fonte procedit riuulus aque. sic a timore dei riuulus gratie. **Ubi** Bern. super Cant. sermone. lxxij. In ueritate didici. nihil esse ita efficacem ad promerendum gratiam dei retinendam et recuperandam. quam si in omni tempore inueniaris coram deo. non altum sapere sed timere. Et ideo puer. xviiij. dicitur. Peatus uir qui semper est pauidus. Super quo uerbo sic dicit Bern. Time cum ariserit gratia dei. time cum abierit. time cum de uno reuertit. time cum presens extiterit. Cum adest time. ne indignus operis. **Sed** si abscesserit multo magis timendum est. quia ubi tibi deficit gratia: deficit et tu. Si autem gratia tibi propitiata redierit. tunc multo magis timendum est tibi. ne forte contingat te reciduum pati. ergo per omni tempore est timendum. **S**ecundo ex timore dei culpa excluditur uel remittitur. **Ubi** Eccl. i. Timor domini expellit peccatum. Et hoc tribus modis. Corrigendo. scilicet per terita. uitando presentia. cauendo futura. Et primo quidem modo excludit timor domini peccatum. scilicet commissum seu preteritum. et hoc ex consideratione damnae conditionis. inde inducitur contritio. sicut apostolus me in cistura expellit saniem. **Ubi** Ia. xviij. A timore tuo domine precepimus et pepimus spiritui salutis. id est propitiam. unde spiritus saluatur. **S**ecundo ex consideratione future confusionis inducit confusionem. sicut uomitus expellit cibum uenenosum. Tertio ex consideratione eterne punitionis inducitur ex timore satisfactio. sicut in infirmo pualescente remanent infirmitate alique nociue relique. que expelluntur per medicinam. **S**ecundo modo culpa remittitur uitando presentia per innocentiam. puerb. xv. Per timorem domini declinat omnis a malo. Tertio modo remittitur culpa per timorem prouidendo futura. **Eccl. s. vij.** Qui deum timet. scilicet timore filiali nihil negligit. scilicet facere eorum que tenent facere et uitare. **T**ertio uita ex timore dei perficitur.

280

Cum enim timor filialis fundetur et radicetur in caritate, crescente caritate: augetur timor. Unde Greg. Mens que plus est illuminata et inflammata plus timet. Hoc autem deus exigit a nobis. Unde dicitur Eccl. vlti. Time deum et mandata eius observa. hoc est omnis homo. Deus time. s. timore filiali. qui. s. docet non penam sed offensam patris timere. Et mandata eius observa. i. ob ipsum et propter ipsum serua non ob aliud. Et subdit causam. Hoc est enim omnis homo. i. ad hoc factus est omnis homo. ut deum timeat et mandata eius seruet. Vel sic. Hoc est omnis homo. i. per hanc formam. s. per timorem dei. et obseruationem mandatorum: habet homo esse gratie et demum glorie. quod est perfectius quam esse nature. Vel sic. Hoc est omnis homo. i. hoc solum requiritur ab omni homine. et per hoc beatificatur. Vel sic. Hoc est omnis homo. i. totus et perfectus homo. Si enim aliter deest. s. vel declinare a malo vel facere bonum. dimidius non totus est.

De utilitate timoris .S.v.

domini. Nota quod nihil utilius incipit. nil utilius ad perfectionem peruenit. nil utilius omni statui vel serui timore dei. Unde Eccl. xxij. Nil melius quam timor dei. Quod patet discurrendo per singula. Est enim utilis peccantibus. penitentibus. tribulatis. temptatis. et preplatiuis. Primo est utilis peccantibus. in quantum ad statum penitentiae adducit et transfert. Sicut enim latro videns iudicem insequentem se: pro timore iudicis timet. et se reprehendit: dicens. heu quid feci. se iudicandum affligit: dicens. heu tu suspenderis. et rem furatam (si potest) picit. Sic peccator considerans futurum iudicium. pro timore cor suum primo redarguit. considerando debitam penam: peccata dimittit considerando dei misericordiam. Est secundo timor utilis penitentibus. Inducit enim ad contritionem. confessionem. et satisfactionem. Unde dicitur Eccl. i. Sine timore domini non poterit quis iustificari. Iustificatur enim homo per penitentiam. per quam de ipso fit iustus. Unde et publicanus qui cum timore iuit ad orandum ad templum: rursus est domum iustificatus. Tertio est utilis tribulatis. Sic enim infirmus timens mortem corporis. libenter sumit potiones amaras et medicinas. Sic timens mortem anime et separari a deo: libenter gaudet in tribulationibus: longanimiter sustinet. Unde talis timor facit tribulatum patientem. gaudentem. persistentem in tribulationibus. Unde Eccl. ij. Sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Unde sancti gaudebant in aduersitatibus et eas affectabant. quod sperabant inde euadere penas futuras. et separationem a deo quem timebant. Et ideo Aug. dicebat. Domine hic vire. hic seca. ut in futuro parcas.

Quarto est utilis timor temptatis. sicut enim pugnantem per sua hereditate timor incutit sollicitudinem in aggrediendo. perseverantiam in

pugnando. et persistentiam in vincendo. Sic timor dei facit diligenter in pugna spirituali Eccl. vij. Qui deum timet nihil negligit. s. eorum quod oportet facere per vincendum vitis. Facit perseveranter in diligentia Eccl. xxvij. Nisi tenueris te instanter in timore domini: cito subvertetur domus tua. Facit et timor temptatum persistentem de victoria. puer. xiiij. In timore domini fiducia fortitudinis quod. s. tanto quis fortius mundum despiciat. quanto plus timet deum. Quinto est utilis timor preplatiuis. Sicut enim suus dominus cui seruit assistit sepius. obsequium humilium. alioquin dultius. Sic facit timor de preplatiuis. Nam primo subleuat ad aspectum summe veritatis Eccl. i. Qui deum timet. s. ut filij erunt in oculis eius. i. bene placebunt ipsi deo. sicut oculi matris super filium sunt ubicumque vadit. quod ubi amor ibi oculus. Vel sic exponitur. Erunt in oculis eius. s. prelati qui dicuntur oculus dei. i. agnoscitur a patre. Secundo timor humiliat preplatiuos ad obsequium diuine maiestatis Eccl. viij. Ego agnovi quod erit bonum timere deum qui veretur faciem eius. Tertio prepat ad gustum summe bonitatis. ps. Magna multitudo dulcedis tue domine. quam abscondisti timido te. Unde Eccl. xxv. Timor domini super omnia. s. bona. tanquam custos eorum ne amittantur. Vel super omnia mala. tanquam repellor. ne ingrediatur. Vel super omnia transitoria. tanquam prudens preceptor. et ut percipiatur. Et ideo dicitur Eccl. xxv. Beatus vir cui datum est habere timorem domini. Tria notari possunt. Primo habitus virtuosus. ibi. habere timorem domini. Secundo donum gloriosum. ibi. cui datum est. Tertium est premium gloriosum. ibi. beatus vir. De septem speciebus timoris. et de timore put est donum spiritus sancti. infra in quarta parte.

De ultima passione que dicitur Ira. et causa eius et multiplicitate. Capitulum. xj.

Ultima passio est ira.

que dici potest passio generalis. non quod causet omnes passiones. nam isto modo amor est passio generalis. sed in quantum ex cursu multarum passionum generatur: dicitur generalis. Non enim insurgit motus ire nisi propter aliquam tristitiam illatam. et nisi assistat desiderium et spes ulciscendi. Appetit enim irasci vindictam ut sibi possibile. Unde si fuerit multum excellens persona que nocumtum intulit. non causat ira. sed tristitia. Denotatur autem vis irascibilis ab ira. non quod omnes motus eius sint ira: sed quod ad iram tenditur omnis motus illius potentie. et inter omnes alios motus est manifestior. Motus autem ire tendit in duo. s. in ipsam vindictam quam appetit. et sperat. sicut quoddam bonum. unde et de ipsa delectatur. Tendit etiam in illum de quo querit vindictam. Et quod circa verumque ira requirit quandam arduitate. non enim surgit

motus ire, nisi cū quādā magnitudine, quia nihil et modica valde nullo digna n̄ extimamus. Hinc patet q̄ est in potētia irascibili, cuius obiectū est arduus. Est aut̄ duplex dīa attendenda circa hoc ire ad obium ⁊ ad amorē. Quāz prima est, q̄ ira semp̄ respicit ad duo obiecta, amor v̄o et obīū q̄nq̄ respiciūt unū obiectūz tm̄. Sicut cum dīr aliquis amare vinū vel aliquid huiusmōi vel etiam odire. Secūda est qz vtrūqz obiectūz qd̄ respicit amor est bonū, q̄n̄. s. duo respicit. Vult em̄ amās bonū amico, et hoc tanq̄ sibi puenienti. Vtrūqz v̄o hōz que respicit obīū, h̄nt rōnem mali, vult em̄ odiens malū alicui tāq̄ sibi incōueniēti. S3 ira semp̄ respicit duo obiecta. Et vnus quidem s̄m rōnem boni, s. vindictā, quā appetit. Aliud s̄m rōnem mali, s. hominē nociuū d̄ quo vult vindicari. Et ideo ira est passio, quasi p̄posita ex p̄trariis passionibz. Dīr aut̄ ira crescere in animū s̄m Aug. in regula, p̄ quādā causalitatē, qz, s. ip̄a obium causat cum est inueterata.

Item nota q̄ ira est .s. j.
cū rone, non quidē vt p̄cipiente sicut dīr esse volūtas cum rōne, s3 vt denūciante, i. manifestāte iniuriā. Appetitus em̄ sensitivus rationi nō obedit imēdiatē, s3 mediāte voluntate. Q̄ aut̄ bruta habeant irā, cū nō hēant rōnem, ex instinctu naturali indito eis per rōnem diuinā. Item ira ē quidē naturalior p̄cupia ex p̄te subiecti, cōsiderādo hoīem s̄m naturā sp̄ci, inq̄tū rōnale, et etiā s̄m p̄plexionē p̄riā indiuidui. Inq̄tuz em̄ homo ē rōnalis: naturalior est ira qz ip̄a cū rōne. Et p̄hs dicit, q̄ hūanius ē punire qd̄ p̄tinet ad irā, q̄ mansuetū esse, qz vnūquodqz insurgit p̄tra nociua. Similiter p̄siderādo hoīem s̄m p̄riā p̄plexionē indiuidui: ira ē naturalior p̄cupia. Est em̄ homo dispositus ad irascendū, s̄m q̄ h3 colericā p̄plexionē. Colera aut̄ inter ceteros humores citius mouet. Assimilatur em̄ igni, et ideo magis ē in p̄mptu, vt ille qui dispositus ē s̄m naturālē p̄plexionē ad iram: irascat, q̄ de eo qui ē dispositus ad p̄cupiscendū: p̄cupiscat. Et p̄hs dicit in vij. ethicoz, q̄ ira magis traducitur a pat̄tibz in filios q̄ p̄cupia. Sed p̄siderando causam ire ex parte obiecti, vel ex parte subiecti s̄m naturā generis, i. inq̄tum est animal, sic naturalior est p̄cupiscentia ira. Concupiscentia em̄ cibozum et venereoz est naturalior. Et ex ip̄a natura p̄muni, habet homo inclinatōnem ad appetēdū ea que sūt p̄seruatiua vite, s̄m speciem vel s̄m indiuidū. Item obium est grauius ira. Quod patet ex dicto Aug. in regula, qui comparat obium trabi, festuce iram. Huius ratio est, qz q̄uis vtrūqz appetat malū, non tñ eadem rōne. Nā odiēs appetit malū inimici inq̄tum est malum. Et

quia appetit malū alterius, s̄m se nulla mēsurā mali faciat, ea em̄ que s̄m se appetunt, sine mensura appetuntur, sicut avarus diuitias. S3 iratus appetit malū eius p̄tra quez irascitur, non inq̄tum malū, sed inq̄tum h3 quādā rōnem boni, put̄ estimat illud esse iustū inq̄tum vindicatiuū. Iratus em̄ appetit, vt ille cui nocumentuz infert: p̄cipiat et doleat, et q̄ cognoscat p̄pter iniuriā illatam sibi hoc puenire. Et qz hoc appetit sub ratōne iusti vindicatiui, ideo q̄n̄ malum illatum excedit mensuraz iusticie, s̄m extimatōnem irascētis, tunc miseretur. Ira p̄prie non est p̄ seip̄m, sed inq̄tum quedāz methaphorica iusticia, et iniusticia est hoīs ad seip̄m inq̄tuz s. ratō regit p̄cupiscentiā et irascibilitē, s̄m hoc dīr homo de se facere vindictam et sibi irasci. Item quia ira causatur ex hoc, q̄ aliq̄s nos lesit per actum suum, actus aut̄ sunt singularium, ideo ira est semper circa aliquod singulare. Item in quarto ethicoz p̄hs dicit seu appellat quosdam irascentiū acutos quia, s. cito irascūtur, quosdāz amaros quia s. diu retinēt iram, quosdam difficiles qui, s. nunq̄ quiescūt nisi puniant. Est aut̄ causa ire aliquib factum cōtra ip̄m irascētem. Quis ratio est, quia ira est appetitus nocendi sub ratōne iusti vindicatiui. Vindicta aut̄em locum non habet, nisi vbi p̄cessit iniuria, que ad eum pertineat qui vindictā appetit. Iniuria aut̄em ab aliquo facta, nō p̄tinet ad aliq̄z, nisi aliquid fecerit quod sit aliquo modo contra ip̄m. Qz aut̄ irascamur contra illos etiam qui alijs nocent, hoc ideo est, inq̄tum illi quibz nocet aliquo mō p̄tinent ad nos vel p̄ affinitatem vel p̄ amicitiam vel p̄ p̄munionē nature. Qz etiā hoīes irascantur p̄tra eos, qui despiciunt ea circa que ip̄i maxime student, vt dicit p̄hs, hoc iō est, quia per illud maxime reputamus nos despici. Ira aut̄em dicitur de deo, non scdm passionem animi, s3 s̄m iuditiū iusticie, pro ut, s. vult p̄uire peccatores de culpa sua. Peccator aut̄em etsi deo nil possit nocere effectiue, tamen ex parte sua agit contra deū, et qz eū in mandatis suis p̄tempnit, ⁊ quia infert nocumentum aliq̄d ei qui sub diuina tutela continetur. Paruipensio est causa ire ad quem omnes alie cause reducūtur, paruipensio em̄ ex cellētie hominis opponit̄. Que em̄ homines putāt nullo digna esse: p̄cupendūt. Ex om̄ibz aut̄ bonis n̄ris aliquā excellentiā querimus, et ideo q̄dcunqz nocumentū infert, inq̄tum excellentie derogat: videt̄ ab p̄uipensioē p̄tinere. Cū em̄ ira appetat vindictā sub rōne iusti, ⁊ ideo puocatiuū ad irā ē aliq̄d sub rōne iniusti. Maxime aut̄ facit iniustū q̄ ex certa electōne ⁊ malitia, n̄ passione vel igrantia alteri infert nocumētū, et ideo

282

maxime contra tales irascimur. quia propter culpam
pensione videntur fecisse. Qui ex ignorantia
vel passione peccat: non videtur culpabilem.
et ideo magis meretur veniam et misericordiam quam
non iram. Item cum causa ire sit iniusta pro-
prieque. et nocentem contristatum illatum
sine prima causam. excellentia hominis est cau-
sa. ut defacili quis irascatur. Quanto enim quis
est excellentior. tanto iniustius culpabitur
in eo in quo excellit. Unde irascitur diues si
culpabitur in pecunia. et rethor in loquendo
et sic de alijs. Sed in quantum nocentem contri-
statum est causa ire. sic ea que sunt contristan-
tia. ut que pertinet ad defectus sunt causa ire.
et sine hoc infirmi defacili irascuntur. Item de-
fectus eius vel pravitas contra que irascimur.
aliquando auget iram aliquando minuit. Si enim de-
fectus augeat indignam despectum. sic auget
iram ut despiciatur nobiles a rusticis et huiusmodi.
Si vero minuat despectum indignam: sic di-
minuit iram. Et hoc modo qui penitentem in
iurijs factis. et poenitentem et humiliatum mi-
tigant iram. Causat autem ira delectationem.
Nam motus ire insurgit ex aliqua illata in-
iuria contristante. cui quidem tristitie reme-
dium adhibetur per vindictam. quanto autem contra
iustitiam maiorem: per delectationem remedium adhi-
betur. tanto maior delectatio causatur. Non
enim tollitur tristitia nisi per delectationem ut per
suum contrarium. Ad penitentiam autem vindictae de-
lectatio sequitur. et tantum maior quanto maior
fuit tristitia. Si igitur vindicta fuerit penitentem
realiter: causatur perfecta delectatio que to-
taliter excludit tristitiam. et per hoc quietat
motum ire. Sed antequam sit presens realiter
vindicta fit irascenti presens dupliciter. Ano-
mo per spem. Nullus enim irascitur nisi sperans
vindictam. Alio modo per continuam cogitatio-
nem. Unicuique enim concupiscenti. est delecta-
bile immorari in cogitatione eorum que concu-
piscit. Et propter hoc imaginaciones somnio-
rum sunt delectabiles. et ideo cum iratus mul-
tum cogitet de vindicta in animo suo: ex hoc
delectatur. Item causat ira feruorem. Que-
dam enim impetuositas est in motu ire. et quia
motus ire non est per modum retractationis.
cui proportionatur frigus. sed magis per modum
insecutionis. cui proportionatur calor: prosequen-
ter fit motus ire causatiuus cuiusdam feruo-
ris sanguis et spirituum circa cor. quod est
instrumentum passionis anime. Et exinde est
que per magnam perturbationem cordis que est
in ira. maxime apparet in iratis inditia que-
dam exterioribus membris. Feruor tamen qui
calorem prosequitur. alia ratione pertinet ad iram
et alia ad amorem. Nam feruor amoris est cum
quodam dulcedine et leuitate. est enim in bonum
amatum. et ideo assimilatur calori aeris et
sanguinis. propter quod sanguinei sunt magis

amatiui. Feruor autem ire est cum amaritu-
dine ad presumendum. quia tendit ad punitionem
contrarij. Unde assimilatur calori ignis et colere
Item ira in ceteras passiones manifestius
impedit usum rationis. Item cum ira sit cum ro-
ne et impediat rationem: ex utraque parte potest ta-
curnitate causare. Aliquando tamen sequitur ma-
gis locutio si non fuerit nimia. Cho. prima se-
cunde. q. xlvj. et sequentibus.

Notandum quod triplex est. S. ij.
ira. scilicet diuinalis. virtualis. et criminalis. Ira
diuinalis est illa que dicit scriptura esse in
deo. ut Ecclesiastici. xvj. Misericordia enim et ira cum
illo est. Et psalmus. Iratus est furor domini in popu-
lum suum. Fuerunt aliqui philosophi. ut
epicuri. qui dixerunt iram non esse in deo. hanc
videlicet rationem assignantes. quia non punit
subito malos cum scelera perpetrat. Sed ut
dicit Lactantius reprobandam talem opinionem
falsam hoc facit propter suam imensam clemen-
tiam et misericordiam erga homines. sciens
eorum fragilitatem et patientiam eis. expectans eorum
conversionem et ex eo differens ultionem. Nam si
cum homines peccant subito vellet punire: pau-
cissimi in mundo remanerent. Probari autem
posse iram esse in deo. dicit non solum ex scri-
pturis sanctis. sed etiam gentiliu: allegans
plura dicta sibyllarum. Sibylla fuge sceleratas
religiones. et viuo deo serui. et ab adulterio
te abstine. et masculi permixtione praua. Pro-
patria generationem crea. et ne occidas. Idem
deus immortalis irascitur qui hec agunt. re-
fert Lactantius in li. de ira dei. Sed sciendum
quod cum scriptura dicit deum iratum. et iram esse
in deo: loquitur per similitudinem eorum que di-
cuntur de homine irato. Non quod proprie ira sit in
deo. Et ratio est. quia ira proprie est cum altera-
tione partis sensitivae. Est enim ira sine Damalce
nunc accensio sanguinis circa cor. Deus autem
est immutabilis et alterari non potest. Et cum sit
pursus spiritus. et nihil corporeum sit in sua
deitate. nec sanguinem nec cor habet. unde sine
passione possit irasci. Sed cum homo irascitur
contra aliquem. alteratur in parte sensitiva. et sic
potest minari vel castigari. vel graviter ledi
eum contra quem iratus est. Et quia hoc est com-
muniter effectus ire. cum quis ista facit erga
aliquem. dicimus illum iratum contra talem. Et
quod ab istum effectum qui procedit ab ira. di-
cit scriptura deum aliquando iratum. non quod sit in eo
alteratio cum appetitu vindictae. que proprie est
ira. sed quia punit mala et iustissime. Unde
dicitur de pe. dil. iij. productior. Ira dei non est
ut hominis. id est concitati animi furor. sed tra-
quilla iusti supplicij constitutio. Est autem ira
dei triplex seu dicere possumus quod deus tri-
pliciter irascitur. scilicet malis puniendo. flagellis
ex purgando. reprobos exterminando. Lo-
cutus est dominus aliquando per prophetas. puniens

et asserens alicui populo se iratū p̄tra ip̄m. et mala illaturum. Et cum talis populus se correxit et penituit de peccatis. dominus reuocauit sententiaꝝ et nō immisit illa mala. Nec tamen. locutio fuit falsa. quia cōminatōia fuerat ⁊ sub conditōne. s. si se non emēdarēt. Sicut patet de Ninīue. de qua dixerat dominus p̄ Jonam p̄phetā. Abhuc quadraginta dies ⁊ Ninīue subuertetur **Jone. iij.** Et cum audissent hoc ninīuice penitentiā egerunt: dicētes. Quis scit si forte ignoscat de⁹ et auertatur a furore ire sue. Et p̄pter penitentiam eorū reuocata est sententia. Unde et Hiero. sup̄ Osee. xj. c. inquit. sed continuo q̄ dixerat. Sicut adama faciā te. et sicut seboim ponaz te: que due ciuitates ex vicinia sōdomorum. parlis excidij traxere consortiū. Conuersū est inquit. s. domin⁹ cor meū intra me. cōturbata est anima mea. non faciā fm̄ iracūdiā furoris mei. nōne apparet q̄ iccirco indignat⁹ nobis dñs. vt nos indignatōnis ire sue conuertat. de peni. dis. j. sed cōtinuo. Et loquitur de populo israhel cui domin⁹ minabatur se exterminaturū p̄pter peccata. sicut illas duas ciuitates vicinas sōdomis. sed cum aliquādo conuersi sunt ad penitentiā. domin⁹ suspendit sententiam. **Secūdo** dicitur deus iratus. cum. s. flagellat et flagellando peccata expurgat reuertētib⁹ ad penitentiam. Unde dicebat Tobias ab dominū loquens. Cum irasceris flagellando misericordiam facis. et in tpe tribulationis peccata dimittis. his qui inuocāt te **Tobie. iij.** Et **Abachuc. iij.** Cum iratus fueris. s. flagellādo. misericordie recordaberis. s. p̄ca remittēdo. Sicut patet exemplum in Dauid. cū persecutōez sustinuit a filio Absalon p̄pter peccata sua. ⁊ cum pestis maxima supuenit in populum suum. p̄pter peccatū elatōnis. **ij. Regū. xvij. et. c. fi.** Dinc et Hiero. Si qñ famēs et penuria et oim̄ rez egestas opprimit mundum. sciamus hec ex ira dei descendere. qui in paupibus cum recipiūt elemosinaz se fraudari loquitur. **xvij. q. j. c. Reuertimini.**

Tercio irascitur erga reprobos exterminādo. Sicut cum irascitur homo contra hostem capitalem. exterminat eum si potest de mundo. Sic vt dicitur **Naum. j.** Elciscēs dom⁹ in hostes et irascens inimicos suos **Jo. iij.** Qui incredulus est nō videbit vitaz eternam. sed ira dei manet sup̄ eum. Irascitur ḡ deus isto modo. s. exterminando. et morti e⁹ ne deputādo impenitētes vsq; in finem. Propter quod ait apostolus ad **Ro. ij.** Tu autēz fm̄ impenitens cor tuū thesaurizas tibi irā i die ire. Nō em̄ (vt ait Hiero) hostis sed vitij irasciē de⁹. de peni. dis. j. q̄obrem. Et q; i reprobis sp̄ inueniūt peccata. ideo sp̄ contra eos dñs manet irat⁹. et ita terribiliter: vt in

fine mūbi dicant montib⁹. Cadite sup̄ nos et abscondite nos a facie sedētis sup̄ thronū: et ab ira agni **Apoc. vj.** Nec ira potest cessare. i. punitio. q; nec culpa remoueri. Dinc **Gregorius** in li. dialogorū ait. Cum supna indignatio sese (vt ita dixerim) mebullit⁹ mouet i. determinatiue. hāc humana opinio nō remouet. Nec se cuiuslibet utiliter deprecatio obijcit. cū semel aliquid deus ab intimis irascendo disponit. **xxij. q. iij.** cū supna. Et **Lactanti⁹** in li. de ira dei. Ira diuina in eternum manet. aduersus eos qui peccāt in eternum. Ne ergo tarde⁹ p̄ueri. **Eccl. v.** **Secūdo** rario est alia ira que dicit⁹ virtualis seu ira per zelū. ⁊ hec est cū videlicet quis habz displicētiā et turbationez contra vitiū cōmissum a se v̄ ab alio. inq̄tū est offensa dei. p̄pter qd si habet auctoritatez ip̄m punit. Et ab hanc inuitat ps. cū dicit. Irascimini et nolite peccare. Loquitur. n. fm̄ **Grego. in. v. moralium.** de ira p̄ zelum. Unde quasi declarās ip̄az irā subdit. Que dicitis i cor. de: ⁊ i cu. de. cōpungimini. i. isto modo irascimini. vt hēatis cōpūctionem et dolozes de his. que dicūt hoies i cubilib⁹ ⁊ cordib⁹. i. de peccatis que fiūt ope corporis quod est q̄i cubile anime. ⁊ cogitatione que est in corde. Signāter autēz dicit. Irascimini ⁊ nolite peccare. Nam etiā ex zelo irascēdo peccat nisi modus seruet. Ita ergo irascēdū est cōtra sua vel alioꝝ vitia. q; ratione ira regatur: nō impatiētia vel obio v̄ nimia seueritate v̄taf. Unde **Aug.** Irascitur iustus peccatis paleaz: sed nō obit i quo extingueretur oculus rationis. **vij. q. j. §. vlti.** Nec autem ira tria bona facit.

Placat deum.

Auget meritum.

Excitat primum.

De primo ps. Stetit **Phinees** ⁊ placauit s. deū in eo q; ex ira per zelum occidit principem ex iudeis fornicantem cum Moabitide: et cessauit quassatio. i. flagellum populi quo multa milia occisa sūt. Unde dicit **Numeri. xxv.** Phinees auertit irā dei ab eis. Ibi habes historiam. Sic sanctus **Moyſes** cum vidit descendens de monte **Syna** vitulum aureum. et choros adorātium eū: iratus est valde. ⁊ cōfregit tabulas lapideas diuine legis. vt habet **Exo. xxxij.** reputās indignū margaritas verborū dei ante illos porcinos exponere. Et castra ingressus. ipse cum leuitis zelo ducti. interfecerunt. **xxij.** milia qui adorauerant vitulum. Qui prius i monte domini placuerat sua oꝝone iratū contra populū illum ita vt vellet delere. **Q; talis ira auget meritum.** patet ex hoc. quia per quēlibet actum virtutis meretur homo. et tanto magis. quātō maior est virt⁹ ceteris parib⁹. Sed irasci p̄ zelū est act⁹ virtutis. et maxie

scilicet pietatis: siue pietas dicat dei cultus. quod pertinet ad religionem que est maxima virtutum moralium: siue sumatur per misericordiam. que est maxima in his que sunt ad primum. secundum b. Thoma. secunda secunde. q. xxxij. q. autem sic hec ira actus pietatis ostendit Hieronymus. sic dicens ad Riparium. Legi siromasten. i. vindictas Obi-
nees. autoritate helie. zelum simonis chana-
nei. petri seueritate. ananiam et saphiram
trucidantes. pauli constantiam. que belimaz ma-
gnum uisus domini resistentem. eterna seueri-
tate danauit. Non est crudelitas crimina per deo
punire. sed pietas. hec ille. xxxij. q. viij. legi.
Oportet tamen que ad puniendum habeat quis au-
toritate a deo vel ab homine. aliter non iuste fi-
eret. Est insuper talis ira per zelum excitati-
ua primum ad cauendum malum: dum uidet pu-
niri in bonum faciendum. Ante cum rex Anti-
ochus misisset nuncium in ciuitate modin.
precipiens iudeis omnino. ut derelicta lege dei trans-
ferret se ad mores gentilium: sacrificando ido-
lis. subito quidam ex iudeis in conspectu omnium
sacrificium obtulit idolo. quod uidens Mata-
thias iratus zelo legis. occidit illum iudeum. et
nuncium regis: et filios ac populum animauit
et confortauit ad seruandum legem dei. dese-
rens ciuitatem cum multis milibus. et in deser-
tum secesserunt ne contaminarentur. ut habet. i.
Machab. ij. Tercia dicitur criminalis: cum
videlicet quis habet inordinatum appetitum vin-
dicte. i. punitionis alicuius propter aliquem defe-
ctum commissum. Et quia inordinatus est talis
appetitus. i. non secundum ordinem rationis. dum. scilicet
desiderat punitionem fieri non propter iusticiam
et secundum iusticiam sed propter indignationem sui et non
debito modo: ideo peccat male utens passione
ire. Sed precipue cauendum est. ne multum te-
neatur: ne (secundum Augustinum in regula) ira transeat in
obidium. et trabem faciat de festuca. et animam
faciat homicidam. Et ideo dicit apostolus ad Ephesios.
iij. Sol non occidat super iracundiam uestram. i.
non teneatis usque sero. Mel melius. Sol. i. lu-
men rationis vel lumen gratie. non occidat. i.
non succubatur super iracundiam uestram. i. non ex-
tinguatur et amittatur in ira uestra. quia tunc
incurreritis tenebras peccati mortalis. per quod
diabolus non Christus habitaret in uobis. Non sub-
dit. Nolite locum dare diabolo. Et de hac ira
mortali intelligitur illud Matthei. v. Omnis que
irascitur fratri suo. reus erit iudicio. i. damna-
tione eterna. Non Ambrosius. Ira sepe in crimine indu-
cit innocentes. xj. q. iij. Et potest exemplum de phar-
isaeis patrono Ioseph. que iratus pro Ioseph propter
falsam accusationem uxoris. iniuste misit eum
in carcerem.

6 **Donit autem Brego. S. iij.**
in. v. moral. tria remedia contra iram. Primum est
ut homo in omnibus suis consideret que sibi preter acci-

dere vel fieri aduersa. Et ex alia parte reco-
gitet. quanta sustinuit Christus pro eo. et quatenus
et sine turbatione: immo oratio per crucifixos
et sic imitari debet dominum suum. i. Petri. ij. Christus
passus est pro nobis. uobis relinquens exemplum.
ut sequamini uestigia eius. qui cum maledicere
tur: non maledicebat. cum patretur: non comina-
batur. sicut facit iratus. Secundum remedium est ut
cogitet quis defectus et iniurias quas sepe facit
deo et proximo. et in omnibus his uult sibi com-
pati. et non irasci contra eum. Sic ergo et alteri ipse faciat.
hoc iure naturali dictate et non irascatur. Sec-
undum. xxxij. homo homini seruat iram. et a deo querit
medelam. q. d. Frustra quis medelam gratie que uul-
nera peccatorum curat: petit a deo. si ipse per-
manet in ira cum proximo. Neque enim deus peccatori re-
conciliatur. si ipse cum proximo perseuerat iratus.
Tercium remedium est ridentem irato humili-
ter et dulciter. Nam ut dicitur puer. xv. Sermo
mollis frangit iram. sermo durus suscitatur fu-
rorem. Exemplum primum Iudicum de Gedeone. Ex-
emplum secundi Regum de tribu iudam loquente
contra israhel. Et saltem tacere. iuxta illud
psalmi. Turbat sum et non sum locus. De uitio ire
et que sit graue peccatum. et quantum noceat. et quoniam
est mortale vel veniale. et de deus gradibus eius
habes in secunda parte tituli de ira.

De causa exteriori peccati. Cap. xij.

Nunc de causa exteri-
ori peccati breuiter uidebimus est.
Ubi sciendum. que sicut causa interi-
ori peccati est. et uoluntas ut pro-
ficiens actum peccati. et ratio quantum ad caritatem de-
bitae regule. et appetitus sensituius inclinans.
Sic aliquid extrinsecum tripliciter potest esse cau-
sa peccati. uel que mouet immediate uoluntatem.
uel que mouet rationem. uel que mouet appetitum sen-
situium. Sed quantum ad primum cum uoluntate in-
teriori non possit mouere aliquid extrinsecum:
nisi deus. et deus non est causa peccati: sequitur
que nil exteriori potest causare peccatum ex parte uolun-
tatis. scilicet mouendo ipsam immediate. Quod autem
deus non sit causa peccati. neque directe neque in-
directe sic declarat. Illud enim est causa dire-
cte alteri ad peccandum. quod inclinatur uolun-
tatem ad peccandum. Indirecte autem est causa.
cum non retrahit a peccato cuius possit et debeat.
Sic placet non corrigens subditos. de causa in-
directa uitio eorum. Sed que deus non sit causa
directa peccati sui uel alteri. patet ex hoc. que
omne peccatum est per recessum ab ordine qui
est in ipsum sicut in fine. deus autem (secundum Dionysium)
omnia inclinatur et conuertitur in seipsum. sicut in
ultimum finem. unde impossibile est. que sit causa
sibi uel alteri discordandi ab ordine qui est in
ipsum. Quod etiam non sit causa indirecta pec-
cati patet. quia nulli est debitor ab eodem
gratias. gubernator enim nauis non debet causa in-

directa submersiois nauis ex hoc q̄ nō gubernat nauem. nisi quādo potest et debz gubernare. **Q**uis em̄ deus aliquibz nō det auxiliū ad vitandū peccatū. quod si daret non peccaret: tñ q̄ non det. hoc totū facit fm̄ ordinem sue sapientie et iusticie. cum ip̄e sit sapientia et iusticia: et sic nō imputat ei q̄ aliquis peccet sicut causa peccati. **E**t quis actus peccati inq̄tum actus et inq̄tū ens sit a deo quia om̄e ens est a primo ente. et om̄is actus a primo actu. i. deo: nō tamen sequit̄ q̄ deus sit causa peccati. **P**eccatum em̄ dicitur actum cum quodaz defectu. qui defectus est ex causa creata. s. libero arbitrio inq̄tum deficit ab ordine primi agētis. i. dei. **S**icut defectus claudicationis reducitur in tibiā curuā sicut i causam. non autem i virtute motiua. a qua tamen causatur quicquid est motus i claudicatione. **Q**uod etia; deus dicitur excecāre et obdurare. hec duo important. **U**nū est motus animi humani inherenti malo. et auersus a diuino lumine. et fm̄ hoc deus nō est causa excecationis v̄l obduratōis. **A**liud est subtractio gratie. ex qua sequitur q̄ mens diuinitus non illuminat̄ ab recte videndum: et cor hominis nō emolliatur ab recte viuendū. et sic obduratōis et excecationis deus est cā. **E**t q̄tum ab quosdaz. s. reprobos. excecatio operatur ad damnatōnez. q̄tum ab quosdaz ad sanātōnem. s. quo ab electos. quos aliqui deus permittit cadere vt humiliores fiant. **T**ho. prima scde. q. lxxix. **U**nde de peni. dif. ij. dicit **Aug.** Talibus diligentibus deum omnia cooperant̄ in bonū. vsq̄ adeo prorsus om̄ia. vt etiam si qui eoz deuiant et exorbitant. etiam hoc ip̄m faciat eis proficere i bonū. vt. s. humiliores et seruentiores surgant. **E**xēplū in **Petro de quo dicit Ambr.** dif. l. **F**idelior factus est **Petrus** postq̄ fides se perdidisset deservit. **C**um igitur deus non sit causa peccati. sequit̄ q̄ nil exteri⁹ potest esse causa peccati. nisi vel inq̄tū mouēs rationem. vel inq̄tum mouēs appetitū sensitiuū. **E**t fm̄ hoc tripliciter aliquid potest esse causa peccati seu mouere voluntatem ad peccādū. **U**no modo ipsum obiectū p̄positū sic cibo excitat desideriuū hoīs ad comedendū. et sic res sensibiles exterius apparentes. mouēt voluntate; ad peccādū. **A**lio modo ille q̄ p̄ponit v̄l offert huiusmodi obiectū: et sic diabolus vel hō mouēt ad peccādū. **T**ercio modo ille qui p̄suadet obiectū p̄positū h̄re rationem boni. qz et h̄ aliquāliter p̄ponit p̄rium obiectū voluntati. quod est rationis bonū v̄l apprens. **E**t sic etia; diabolus vel homo mouēt ad peccādū p̄suadēdo ad malū. **E**t qz nullo istoz modoz triū potest aliquid directe causa peccati esse. cū voluntas nō ex necessitate moueat̄ ab aliquo obiecto. nisi ab ultimo fine: ideo nō est sufficiens

causa peccati. neqz res exteri⁹ oblata. neqz ille q̄ causā p̄ponit. neqz ille qui suadet. **U**nde seq̄t̄ qz diabolus nō sit directe et sufficiens causa peccati. sed solū p̄ modū p̄suadentis vel p̄ponētis appetibile. **Q**uod at̄ dicit **Hiero.** de peni. dif. ij. **S**i em̄ inquit q̄ sicut deus est p̄fectior boni. ita diabolus mali: intelligenda est illa similitudo i generali. inq̄tū videlicet sicut deus est causa boni n̄ri. ita diabolus aliquo modo est causa mali. sed nō eode; modo: qz deus operatur interius mouendo volūtate; quod non potest facere diabolus.

De temptatione multiplici. s. mundi. carnis. et diaboli. ¶ Capitulum Tredecimum.

Primo igitur vidēdū est aliquid breuiter de temptatione diaboli. fm̄ quā dicit̄ aliquo modo esse causa peccati. **U**bi sciendum fm̄ **Tho.** prima scde. q. lxxix. qz cū interior pars anime sit intellectiua et sensitua intellectiua at̄ cōtinet intellectum et voluntatem. voluntatem quidem diabolus p̄ se et directe mouere non potest. intellectus autē p̄ se mouet̄ ab aliquo illuminatē ip̄m ab cognitione veritatis. diabolus autē hoc nō intendit circa homines. sed magis obtenebrare ip̄ius rationē ad p̄sentendū. q̄ obtenebratio puenit ex fantasia et appetitu sensitiuo. vñ tota operatio diaboli interior videt̄ esse circa fantasiā et appetitū sensitiuū. qz vtrūqz cōmouendo potest inducere ad peccm̄. **P**otest em̄ operari ad hoc. qz imaginationi aliq̄e foie imaginarie p̄sentent̄. **P**otest etia; facere qz appetit⁹ sensitiu⁹ ad aliquā passionē concitē. **N**atura em̄ corporalis naturaliter sp̄iali obedit ad motū localem. vñ et diabolus oīa causare potest. que ex motu locali corporū inferiorum puenire possūt. nisi ex virtute diuina reprimant̄. **Q**uod autē aliq̄e foie representat̄ imaginationi. cōsequitur q̄nqz ad motū locale; **S**imiliter et cū appetit⁹ sensitiuus p̄tendat̄ ad aliq̄s passiones. fm̄ quendā debitū motū sp̄ituū et corporis. diabolus etia; potest ad hoc cooperare. **E**x hoc autē qz passio est p̄citata i appetitu sensitiuo p̄tingit. vt id quod p̄ponit̄ imaginationi iudicetur p̄sequendū. qz ei qui a passione detinet̄. videtur esse bonū ad quod p̄ passionē inclinatur. et p̄ hunc modū diabolus interius inducit ad peccādū. **E**t quis diabolus possit p̄p̄a virtute (nisi a deo refrenetur) aliq̄e inducere ad faciendū aliq̄e actū q̄ de suo genere est peccm̄. inq̄tū videt̄ potest impedire vsum rōnis. mouēdo imaginatōz et appetitū sensitiuū. sicut i arrepticis patz: tñ non potest inducere necessitate; peccābi. **R**atio ē. qz hō motiuo ad peccādū non resistit nisi p̄ rationē. **S**i igitur ratio sit totaliter ligata p̄ op⁹ diaboli mouētis imaginatōez. quicquid agat homo

[Marginal notes on the left side of the page, partially obscured and difficult to read.]

286

tunc nō imputat ei ad peccatū. Si autē rō nō sit totaliter ligata. ex ea pte qua est libera. potest resistere peccato. **Uñ Hiero. de pe. dñs. ij.** Si enī inquit. dicit liberi arbitrij nos pdidit deus. nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. **Et Amb. xv. q. j.** Nō est. quod cuiq̄ nraz ascribam? erūnam nisi nre voluntati. Nemo nostz teneat ad culpaz. nisi pua voluntate deflexerit. Voluntariū sibi militē elegit xpc. voluntariū sibi seruū acti onatur diabolus q̄c.

Et quia temptatio in .S. j.

ducit ad peccatū. et sic est quasi causa. licet insufficientis peccati: agēdū est de tēptatōne. **Ubi notādum.** q̄ quinqz sūt illa q̄ temptant sed varijs modis. s. deus. homo. caro. mund? et diabolus. **¶ Et deus quidez temptat hoīez nō ut decipiat sicut diabolus. nec ut aliquid circa creaturaz addiscat qd prius nesciebat. qui oīa nouit: sed ut bonū occultū ipsi tēptato vel alijs patefaciat. Et sic tēptauit de? Abrahā. ut hī Gen. xxiij. ut. s. ipi Abrahe innotescēt et alijs etiā i exēplū fides et obediētia. Et etiā de defectū hōi occultū sibi māifestet. Sic xpc tēptauit Philippū qm dixit. Unde emem? panes ut māducent hī Joh. vj. Et ad itē facit quod dī Deutro. xiiij. Tēptat vos dñs deus vester. ut palam fiat utrū diligatis eū. Et habet. xxvj. q. v. Nec mīz. Nec est cōtra illud quod dī Jaco. j. deus neminez tēptat. hoc enī exponit dīsimode. videlz sm glo. q̄a nō tēptat ut decipiat vel puertat. sic facit diabolus. immittendo malas cogitationes vel mala culpe. **¶ Et sm Aug. Deus neminez tēptat inducendo i temptationē. Vel sm Bedam loquit de temptationē interiori. q̄ cōcipit malum: nō de tēptatione exteriori tribulatōis. Vel neminez temptat deus sm. b Tho. addiscendū qd ignoret. Cum ḡ tēptari a deo nō sit malū sed bonum. nō debet homo refugere temptari. Nā ut dicit Ecclī. xxxiiij Qui tēptatus nō est: q̄ta scit: q. d. Qui nō ē tēptat? .i. in tribulatōne pbat? et examiat. p̄z vel nihil scit. qualiter se debz habere in tribulatōne. Et qz nō habet noticiam tribulatōnū p expiētā. que est optima māgistra. Multa enī vident bona ab inceptis. q̄ mala cognoscūt ab exptis: nec scit cōpati tribulatis et tēptatis. Est etiāz periculossima res nulla temptatione pulsari. sm Aug. qz inde pcedunt multa mala. Et primum est elatio cordis. scdm est incircūspectō sui. terciū incōpensatio temptatoz. q̄rtū despectio alioz. quintū ignorātia agēdoz. sextū pua tio p̄mioz. septimū incursoz eternoz supplicioz. ppter qd ecōtra dī Jaco. j. Omne gaudiū existimate fr̄es. cū in tēptatōnes varias incideritis. **¶ Secdo tēptat. hō deū. iuxta illō******

p̄s. Tēptauerūt deū i cordibz suis. Dicitē aē quis tēptare deū cū p̄mittit facē qd ex se p̄t ad pericla euadenda. et ad subsidia tpalia q̄rēda. solū ad auxiliū diuinū respiciēs. Sic dicē aliqs tēptare equū qm cum sū magna necessitate vel utilitate currere facit. Nō aē qm ex nēitate: puta. ut hostes fugiat: vel ex utilitate: puta. ut brauiū app̄hendat. cū aliter obtinere nō possit. Sic cū q̄s se sine ratione p̄mittit alicui piculo i aliq̄ faciendo. cū aliter sibi possit p̄uidere sine piculo: iste dicit tēptare deum. ad expiendū. s. utz possit liberari ab eo. **¶ Qd p̄hibet dñs: dicitē. Nō tēptab dñm deum tuū Deutro. vj. Et hoc xpc vitauit. qm tēptatū eū diabolo. mittere se deorsum de pinnaculo recusauit. allegans dictaz autoritatem. ut hī Math. iij. Hoc etiāz egit Abraham cum vxorē suā Sarai dixit sororem. nō dicendo mendaciū. s. veritatē occultando. ut hī Gen. xij. In q̄ facto (in q̄t Aug) ostendit. q̄ nemo deum suū tēptare debz. dū hē q̄ salubri p̄silio faciat. Fecit qd potuit. s. Abrahā. et qd non potuit deo cōmisit. xxiij. q. ij. querit. **¶ Qz siqs obijcēt. q̄ tēptare deū nō sit peccatū. ex eo: qz temptare deū est expiri bonitatem et voluntatez dei. S3 hoc nō est p̄cm. qz i p̄s. dī. Gustate et videte qm suauis est dñs. Rñdēt q̄ cognitio diuine bōitatis est duplex. s. speculatiua et affectiua. Et q̄tum quidez ad cognitōez speculatiuā. non licz dubitare. utz suauis et bonus sit de?: q̄a hoc estz temptare deū. S3 q̄tum ad cognitōnem affectiua. dum. s. aliqs affectat i seipo expiri gustū diuine dulcedinis et p̄placiaz diuine volūtatis. sic licitum est et hoc nō est tēptare deū. Quō aut istud. s. tēptare deū sit p̄cm sp̄ale. et q̄t modis hō tēptet deū. hēs i scda pte ti. iij. c. x. **¶ Tercio tēptat caro hominez. i. p̄cupiscētia carnis. iudicium rōnis puertēdo aut impebiēdo. Uñ apls. Caro cōcupiscit aduersus sp̄m. Et Jaco. j. Unūq̄sqz tēptat a p̄cupiscētia sua abstracta deo. s. et regula rōnis p̄ passionez. et illecta a sensibilibz Dī aē caro temptare hoīez instrumētali ter vel materialiter. in q̄tum. s. p̄ cogsci q̄lis sit hō. ex hoc qd seq̄t vl̄ repugnat p̄cupiscētijs carnis. sm Tho. i p̄ma pte. q. xv. Ubi sciē dum. q̄ tēptatio carnis sp̄ est p̄cm. cui? rō ē q̄a oīs appetit? aīe inordinatus est p̄cm. s3 mot? carnis q̄ est ex app̄hensione delectabil. est actus et appetitus aīe inordinatus. quia ipa anima est. que inordinate mouet et appetit. s3 mediāte carne. ḡ q̄. S3 si mot? carnalis insurgēt ex calefactōne corpis sū imaginatōe aliqua. est pure naturalis. nec habz rationem peccati. Et ad hoc pōt diabol? cooperari sua virtute. **¶ Cōsiderādum etiāz. q̄ temptatio aliqua est difficilis ad vitandum ppter tres cās. s. ppter fortitudinē. debilitatē.********

et p̄p̄nquitatem. Et q̄tū ad fortitudinē im-
pugnantis. sic temptatō ab hoste. i. diabolo
est difficilis ad vitādū. Ende dicit̄. xvj. q. ij.
v̄s̄is. Nulle nanq̄ nocēdi habz artes seu mo-
tos. nec ignoramus astutiā ei. Conat̄ nāq̄
a principio ruine sue vnitatē ecclie rescin-
dere. caritatē vulnerare. sāctōz operū dulce-
binem inuidie felle inficere. et oībo modis hu-
manū gen⁹ euertere et p̄turbare. Dicit̄ etiā
Job penult. Nō est potestas similis ei super
terrā. Etum dō ad scdāz causam difficulta-
tis in tēptatione. s. p̄pter debilitatē tēptati.
Sic temptatio carnis est difficilior ad vitā-
dum vel vincendū: qz temptatio carnis ma-
gis debilitat hominem. qui est magis pron⁹
ad peccata carnalia q̄ sp̄alia. An et de dia-
bolo dī Job penult. q̄ p̄tas ei⁹ in lumbis et i
umbilico manet. quia videlicet per luxuriāz
carnis multum dominatur hoībo. Sedes enī
luxurie i viris est i lumbis. quia inde decipi-
tur semen. sicut mulierib⁹ ab umbilico. Etū
ad terciā causam. s. p̄pter p̄p̄nquitatem. etiā
temptatio carnis est magis vicina ipi tēp-
tato: ideo ē difficilior. Etū enī hostis ē ma-
gis propinquus. tantomagis potest nocere.
Ende et Boetii dicit. q̄ nlla efficacior pestis
ad nocendum. q̄ familiaris inimic⁹. **Mū-**
bus etiā temptare dicit̄ improprie. s. instru-
mentaliter vel materialiter. inq̄tū. s. potest
cognosci qualis sit homo. ex hoc q̄ contem-
nit p̄spera mūdi vel aduersa. quib⁹ etiā vitī
diabolus ad temptandūz fm beatū Tho. in
prima parte. Et de hoc bello tēptatōnis mū-
di. inquit apls ad Ephe. vj. Nō est nobis col-
luctatio aduersus carnem et sanguinez. s. lo-
lum: sed aduersus mūdi principes et p̄ates.
aduersus mūdi rectores et c. Et Aug. in s̄mo-
ne. Duplicem aciem p̄tra milites xp̄i mund⁹
p̄ducit: demulcet p̄speris. deterret aduersis.
Potest igit̄ dici temptatio mūdi. inq̄tuz hō
vel ex malitia p̄pria. vel instigatus a diabo-
lo. inducit alium ad malū. Nā et mundus di-
cunt̄ peccatores mundi amatores. **Fit aē**
hoc tripliciter. s. q̄ vnus temptet aliū. Uno
modo p̄suadendo. Ende Aug⁹. Si fratri tuo
male p̄suades. occidis. i. animāz ei⁹ q̄tū ē ex-
te ad peccatū inducēdo. de pe. dif. j. noli. Etū
ps. Lingua eoz. s. male p̄suadentiū gladius
acutus. Secūdo modo temptat mund⁹. s. p̄
sequēdo. quod figuratū fuit i Ismabele p̄s-
quente ysaa. de quibo apls ad Gall. iij. Is
qui fm carnem natus est. p̄sequebat̄ eū qui
fm spiritū. Cogebat enī Ismabel maior na-
tu ysaa adorare imagines luteas quas ipse
faciebat. ut dicit magister historiāz. **Hinc**
Liberius papa. Omnes qui volūt in xp̄o pie
viuere. p̄secutionez patiūt̄: et ideo nō vos a
pio mētis p̄posito afflictōnis amaritudo co-
artet recedere. cōsiderātes quanta p̄ absolu-

tōne n̄ri et liberatione. creator n̄ri deus ac res-
temptor p̄tulit. vij. q. j. suggestū. Tercio mo-
do tēptat mūbus. i. hoīes mundi. scelerate in-
manifesto viuendo. et sic suis exēplis ad ma-
lum inclināt alios. qz ut dī. xx. q. iij. Procli-
uis aē est cursus ad voluptatē et imitatrix
natura vitioz. s. est. Et. xxvij. q. j. dicit̄. Se-
pe malozum cōsortia. etiāz bonos corrūpūt:
multomagis eos qui ad vitia p̄ni sūt. Pro-
pter quod dicit̄ i p̄verb. Qui tetigerit p̄ces
inquinabit̄ ab ea. **Possunt etiāz dici mū-**
bus. ista bona sensibilia mūdi. que alliciunt
appetitū ad sui affectum. et diabol⁹ eis vitī
p̄ponendo ad temptandū. tāq̄ magna bona.
Cum enim bonum sit illud quod trahit ap-
petitum ad sui amorem. etsi illud sit ver⁹ bo-
num vel apparens. cū aliquid boni sit i istis
sensibilib⁹ licet minimū respectu spiritaliū
bonoz. nō atēdens homo ad vera bona spi-
ritualia et celestia. ip̄is postpositis. exteriō-
rib⁹ et sensibilib⁹ se immergit. ea amans: vlt̄
inq̄tum delectabilia. ut cibos et venerea: vel
tanq̄ vitia. ut diuitias: vlt̄ tanq̄ honesta. ut
honores et reuerentias. que exhibentur i te-
stimoniiū virtutis. vel sciētiaz ut inde hono-
ref. Et de his omnib⁹ quomodo. s. rapiāt ap-
petitum. ostendit Adamāti⁹: bicens. Ubi ir-
rationabilis impet⁹ p̄uenit. et flāma celer-
rimi motus animāz h̄ depascitur. exurit ei⁹
innocētiaz. p̄ponderat enī futuris presentia.
seris iocūda. et leta tristib⁹ et p̄perata tardi-
oibus. Melox est enī iniquitas que ad nocē-
dum occasionem suggerit. de peni. di. iij. in-
ter hec. Et sic anima misera deserto summo
bono. inheret ut fini bono creato. extimans
illud sup omia alia appetendum. in ip̄o actu
peccati: similis illi. qui p̄pter delectationem
elus vnus ficus. nō curat amittere vnū re-
gnum. Ende Aug⁹. dicit. q̄ peccatū non est
appetitus malaz rerum sed desertio melioz.
Ultimo et p̄prie temptare est diaboli. Ende
j. ad Thes. iij. Ne forte temptauerit vos is q̄
temptat. s. diabolus. Temptare enī p̄prie est
experimentū sumere. fm. b. Tho. prima p̄c-
q. cxv. De aliquo autē experimentum sumit̄.
aliqui ut sciat̄ aliquid circa ip̄m: puta. utrū
intelligat vel sciat respondere ad aliquid de
quo interrogatur. vel utz velit facere quod
petitur. Aliquādo autēz ultra scientiā talē.
queritur aliquis alius finis bonus vel mal⁹
Et bonus quidem. ut cum aliquis vult scire
quid sit vel qualis sit ut eum p̄moueat et ad-
iuuet. sicut magister temptat scholares. Ma-
lus autem finis intenditur. quādo hoc scire
vult ut decipiat vel subuertat et noceat. Et
hoc secūdo modo et sine semp diabolus tēp-
tat. ut scilicet noceat in peccatum p̄cipitā-
do. Et fm hoc dicitur. proprium officii eius
temptare. Etsi aliquando homo sic temptat

288

hoc agit inq̄tū est minister diaboli. sic temptauerūt iudei xpm et pharisei. qm̄ interrogauerūt de dephensa i adulterio. ut h̄c Jo. viij Et de censu cesari dandū. quibz r̄ndit. qd̄ me tēptatis ypocrite Math. xxiij

Triplici enim de cau. S. ij.

a sa mouetur diabolus ad temptanduz hoies. s. ex malitia. superbia. et inuidia. Ex malitia quidez qz cum obio deū habeat inq̄tum punitoz est eius. ex malitia sua querit auertere a seruitio ip̄i dei hoies inq̄tū potest. Sicut is qui inimicaf̄ alicui et odit. querit auertere ab eius obedientia et reuerentia subditos eius. et nocere q̄tum potest. et precipue sanctos viros. Ante dicit̄ Job. xl. Esca eius electa. et habz fiduciam q̄ inluat iordanis in os ei. i. q̄ deuoret baptismo purgatoz. qui baptismus habuit originez in iordane. et p̄pterea baptizati designantur per iordanez.

Secda causa quare tēptat est supbia eius. Sicut em̄ boni angeli ministrāt deo. in determinatis officijs ad salutē hominū: sic demones p̄pter eoz supbiaz diuine potestatis similitudinem usurpātes. determināt sibi certos et determinatos ministros ad impugnationez hominū. Ante et de eo d̄c̄ Job penult. Ipse ē rex sup omēs filios supbie. Exemplū i vitis patz de sathana. q̄ fuit visus a quodaz. exigere rationem a satellitibz suis demonijs inferioris gradus. de malis ad que induyerāt tēptatoz p̄ ipsos. et illum qui quēdaz sanctū viz in heremo cōmorātem. temptatū ab eo p̄ plurimos annos ad ruina tantē abduzerat luxurie multū cōmendauit et honorauit.

Tercia causa quare tēptat est inuidia sui. Nam demones salutē hoim̄ inuidētes. p̄fectum eoz per temptationem impedire nitunt̄. Ante dicit̄ Sapiē. ij. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terraz. Et. xvj. q. ij. c. visis. d̄c̄. de eo q̄ dolet satis. et erubescit caritate. quā nequiuit i celis habere. i. p̄seruare. homines p̄stantes ex lutea materia i terris tenere. Sz h̄ occurrūt tres questioes. Et prima est qz cū deus sit amatoz iusticie. videtur q̄ nō debeat p̄mittere hoies tēptari a demonijs. cū ip̄i hoies sint infirmi et ignari: ac ecōtra demones multū potētes et astuti. eoz inter eos non videtur esse equale bellum vel pugna. Sed ad hoc respōdet. q̄ licz cōditio pugne vel belli inter eos nō videt̄ esse equalis. fit tñ recompensatio p̄ diuinā gratiā. et p̄ angelozū custodiam: nec p̄mittit temptare q̄tum volunt demones: sed q̄tū p̄nt resistere homines. Ante. j. Coz. x. d̄c̄. Fidelis de. i. verax i p̄missis. nō patiet̄ vos temptari sup id quod potestis. sed facit cū temptatōne p̄uentū. dādo. s. vtutis augmētū. Naz fm̄ glo. Qui dat diabolo tēptandi licentiā. dat tem-

ptatis miscdiāz et grāz. Mel facit cū tēptatōne p̄uentū. robur et p̄stantiā dādo. ut possitis sustinere. i. vincere. vel patienter et p̄seueranter sustinere ne deficiatis i lucta. Secda questio est. qz videt̄ q̄ cū natura humana sit infirma et debilis. sufficiat ei impugnatō que est a carne et a mundo. An nō videt̄ q̄ ei cōueniat etiaz impugnatō que est a diabolo. Sed ad hoc r̄ndet̄. q̄ infirmitati humane q̄ ab exercitiuz. sufficeret ei impugnatō q̄ est a carne et a mūdo: sz malitie demonū nō sufficeret. qz etiā vtraqz impugnatōne vti ab malū. Sed deus illā impugnatōnez ordinat ad gloriā et maiorem coronā electoz suoz. et p̄fusionem demonū cū vincūtur. Ante ps. inquit. Draco iste quē tu formasti ad illudēdum ei. Formauit siquidez deus draconē. i. diabolu ad p̄cipiābaz gloriā. sed ex supbia sua eā amittēs. et hoies p̄ temptatōnes infestans: gloriozus deus malitiā draconis p̄uertit i bonū electoz suoz. s. euz temptati ab cōvincētes coronas p̄mioz sibi adaugēt. et sic in pugna ei illudēt. dū electi nō acquiescunt suggestioibz ei. ut ip̄e int̄dit et credit: sed resistunt. Sicut p̄t̄ i exēplo Job. j. c. Tercia questio est. an oīa peccata a demonis tēptatione p̄cedūt: Ad quod dicēdūz. q̄ aliud est esse occasio alicui affectus. aliud est esse causa ei. Sicut verbi grā. Deficiās ligna ē occasio combustionis lignoz. importat em̄ occasio virtutē p̄ductiuam alicui effectus. sed imperfectā: causa aut̄ p̄fectā. A simili diabolus inq̄tū instigauit primū hoies ad peccandū. d̄c̄ occasio omniū peccatoz: inq̄tuz sez ex illo peccato natura hūana fuit ita vitata. ut omēs hoies sint p̄clives ad peccandū. Sed directē diabolus non est causa oim̄ peccatoz humanozum. ita q̄ ipse oīa suadet. aut q̄ efficaciter ad peccandū ip̄e inducat. Sed directā et p̄ se et principalis causa peccati. est libertas arbitrij. et corruptio carnis. An̄ Origenes d̄c̄. q̄ etiāsi diabolus nō essz: haberēt hoies appetitū cibi et venereoz. qui possz eē inordinat. nisi rōne reglāret. q̄ sb̄iacet libero arbitrio. Et Aug. d̄c̄ etiā. Qz nō oēs cogitatōes male a diabolo immittūt. sz aliq̄ emergūt arbitrij motu Tho. j. p̄te.

Circa temptatōz aut̄ S. iij.

diaboli possunt notari tria. s.

Generalitas vitōz: de quibz tēptat.

Varietas motorum.

Et qualitas temptatoz.

Et q̄tū ab p̄mu. i. generalitatē vitōz. tēptat diabolus de om̄i criē. ex om̄i latē. et i om̄i tpe.

Qz at̄ tēptet de om̄i criē patz p̄ hoc qd̄ d̄c̄ xpc̄ Mc̄. xij. de spū immūdo. i. diabolo. q̄ vadit et assumit septēz spūs neq̄tiores se. et ingressi i domū vacante habitāt ibi. Spūs iste

immūbus dici potest diabolus. qui tēptat de
accidia: quia accidia et ociositas permaxie
est causa omniū malā cogitatōnū et immū
darū affectiōnū. Septē spiritus quos secū
assumit. sūt septē vitia capitalia ipso graui-
ora. s. supbia. vana gloria. auaricia. ira. inui-
dia. gula. luxuria. de quibz tēptāt demones.
Et sicut angeli boni sumunt sibi noīa ab of-
ficijs que circa nos gerūt: ita et demones su-
munt sibi noīa a vitijs. d. quibz precipue im-
pugnāt. Nametsi omēs de singulis peccatis
temptare possint: magis tamen de vno aliq
vnusquisqz impugnat. s. m. magistrū. ij. sent.
Et nomina ipoz in sacra pagina reperiūt.
Unde qui de superbia temptat **Leuiatan** d.
qd interpretatur additamentū eozū. tēptās
em̄ primos parentes de superbia. p̄misit eis
additamentū diuinitatis. De quo nomie dic-
tomin' p̄ **Isa.** **Alsitabo super Leuiatan ser-**
pentem veterē et tortuosum. Tēptans enim
de inani gloria. dicitur **Lucifer** quasi lucem
ferens. s. glorie tēporalis. De quo **Isai.** xiiij.
dicitur. **Quomodo cecidisti Lucifer qui ma-**
ne oriebaris. Tēptans de auaricia. d̄r **Mā-**
mona. quod interpretat diuitie. circa quas
est auaricia. De hoc d̄r **Matth.** vj. **Non pote-**
stis deo seruire et Māmone. Tēptās de ira
dicit **Abedeton.** quod interpretatur exter mia-
tor. ira em̄ ponit hoīez extra terminos ratio-
nis. et extra terminos humane p̄uersatōnis
quia iracundus nō defacili reperit societate
Tēptās de inuidia. dicitur **Bathan.** quod
interpretat aduersari'. quia inuid' aduersat'
seu p̄trariatur om̄i bono alteri' cui inuidet.
De quo **Luc.** xxij. dicit xpc. **Ecce Bathan ex-**
petiuit vos. s. ad tēptandū. Tēptans de gu-
la. dicit **Elebemoth.** quod interpretat anial.
quia gula facit hoīez aiālem et brutales. De
quo dicit **Job.** **Elebemoth p̄ncipiū viāz dñi**
i. prima ipaz opatōnū. nō ordine temporis:
sed dignitate. Tēptans de luxuria. d̄r **Asmo-**
deus. quod interpretatur factura iudicij. quia
p̄pter hmōi vitij. factū fuit terribile iudiciū
sup sodomā et quatuor alijs ciuitatibz. Et fi-
gurant̄ his vitijs dediti. p̄ octo demoniacos
de quibz habetur i scriptura sacra. **Superbi**
em̄ figurant̄ p̄ filios quosdaz iudeoz. qui in
nomine **Pauli** apli querebant demones ex-
pellere ab obsessis. in hoc committentes ma-
gnā superbiaz et p̄sūptionē: faciētes quod
non congruebat cōditōni eoz. Unde et a de-
monijs arrepti sunt. ut habetur i actibz apo-
stolorū. **Hanc gloriofi figurant̄ p̄ filiaz cana-**
nee. Nā cōiter iuuenclē sunt deditē vitio in-
anis glorie in ornatibz. picturis. fucis et h'
modi. **Auari** figurant̄ p̄ ventriloquā. q̄ ha-
bebat spiritū phitonicum unde diuinabat. et
inde magnū questū suis dominis pcurabat.
ut h̄r i actibz aploz. **Elēl** etiā p̄ lunaticū illū

quē diabolus sepe p̄iciebat i ignē vl' aquā.
ut habetur **Matth.** viij. **Inducit em̄ diabolus**
auaros ad multa pericula frigorū et calorū
p̄pter temporalia. **Tracundi** figurant̄ p̄ ha-
bentēz spiritū immūbū qui clamabat in tē-
plo. **Quia tu es filius dei.** et **Luc.** iij. **Tracū-**
bus em̄ clamat p̄re ira nominādo aliqñ deū
et sanctos. sed male. s. blasphemando. **Inuidi**
designant̄ p̄ **Saulem.** quez inuasit spiritus
malus. ut habetur. i **Reg.** xvj. hic autēz p̄ in-
uidiam p̄secut' est sanctū **Dauid.** **Gulosi** fi-
gurant̄ p̄ demoniacū habitātez in monu-
mētis. et nudū incedentēz. ut habetur **Luce.**
viiij. **Naz** vitijū gule et denubat hominē tem-
porali substātia. et discooperit ad turpia. sic
patz in **Noe** post ebrietatē. et abreuiat vitā.
et bucat ad sepulturā. **Luxuriosi** figurant̄ p̄
viros **Sarai.** qui obsessi a diabolo occisi sūt
vitio libidinis cui intendebant. etsi cū p̄ria
coniuge. **Accidiosi** hō figurant̄ p̄ demonia-
cum mutū **Luc.** xj. **Surdū** etiāz s̄m **Matth.**
quia accidia facit hominē taciturnū a lau-
de dei et confessione peccati. et surdū ab au-
ditione diuinorū et correctōnū. **¶** **Secūdo** tē-
ptat diabolus homines ex om̄i latere videlz
ab ante et retro. a fursū. et deorsū. a dextris et
sinistris. **¶** **Ab ante** tēptat. ut. s. a bonis in-
ceptis quis resiliat. **¶** **A retro** ut. s. ab mala p̄-
terita redeat. **¶** **Quod p̄tra** dicit̄ de factis aiā-
libz (que significāt electos) q̄ cū recederent
s. in ante nō reuertebātur. s. retro **Ezech.** j.
quia videlicz p̄ficiūt i actione virtutū. et nō
redeūt ab commissa vitōz. **¶** **Sicut** apls de se
dicit ab **Phil.** **Que retro** sunt oblit'. s. pec-
cata nō iterando. in anteriora me extendēs.
ab brauiū sequoz supne vocatōis **Luc.** xvij.
Memores estote vxoris **Loth.** q̄ aspitiēs re-
tro cōuersa est i statuā salis **Gen.** xix. **¶** **Ab**
fursum tēptat diabol'. cū instigat ut de bo-
nis operibz supbiāt hoīes. **¶** **A deorsūz** tēptat
cū ad desperatōnem puocat. Et de his duobz
nobis dicit ps. **Ascēdunt** vsqz ad celos. s. ho-
mines p̄ supbiā. bñ sibi attribuunt quod dei
et scōz est. qui habitāt i celis. et descendunt
vsqz ad abissos. s. inferni p̄ desperatōz. cui sūt
dediti damnati. **¶** **Sed** econtra d̄r **Eccl.** xj. **In**
die bonoz. s. opez vel p̄speritatis. ne immes-
mor sis maloz. i. peccatoz vel aduersoz que
p̄tigerunt vel p̄nt contingere. ut humilieris
non inde supbias. Et in die maloz ne immes-
mor sis bonozum factoz. vel que potest deus
tibi facere. ut fidutiāz sumas nō desperatōz.
¶ **Sicut** columbe que infecute ab accipitre p̄
aerē volitant in imis. et p̄ terraz infecute ab
eo volāt fugiēdo p̄ altū aeris. **¶** **A dextris**
tēptat diabol'. ut prosperis abutatur. **¶** **A si-**
nistris ut aduersis p̄ impatientiaz frangat.
Et de his qui in temptatione vincūtur dicit
ps. **Edent** a latere tuo. s. dei id est a sinistris

290

aduersitatis mille. et decem milia a dextris tuis. i. p. prosperitatem. quia multo plures abutuntur prosperitate quam aduersitate. sicut patet in Dauid et Salomone. Sed contra dicit apostolus. ij. ad Corinthios. vj. Exhibeamus nos sicut dei ministros. per arma iusticie a dextris et a sinistris. Prospera rectitudinem temptantie moderando. et aduersa virtute constantie sufferendo.

Ex omni quod latere temptat diabolus. qui a ex omni elemento. Ex igne qui est super nos in spera sua. Sicut temptauit Nabuchodonosor. admittendum tres pueros Ananiam Azariam et Misaellem in fornace ignis Dan. iij. Ex aere qui est circa nos: sicut temptauit Simonem magum ad volandum per aera ductum a demonijs. sed oratione apostolorum dimissus et fractus est. Ex aqua que est iuxta nos. sicut temptauit Pharaonem ad faciendum piscere in aqua puulos hebreorum Exo. i. Ex terra que est infra nos. sicut temptauit illos qui statuerunt oculos suos. i. intentionem declinare in terram. i. in terrenis: inter quos fuit Salphat. qui reperit colligere ligna de terra in die sabbati. **T**emptat etiam ex omni latere. i. ex omni sensu exteriori. Et de visu. quando instigat ad videndum illicita vel vana. sicut temptauit Dinam filiam Jacob. ad egrediendum domum. ut videret mulieres regionis que violata sunt Gen. xxxiiiij. De auditu vero. quando noluerunt intelligere ut bene agerent. sicut Mathanias cum reliquis iudeorum qui remanserant in hierusalem de captiuitate. qui noluerunt audire Hieremiam loquentem eis ex parte dei ne descenderent in egiptum. **N**el etiam quando a veritate auditu auertunt ad fabulas autem conuertuntur. ij. ad Chimo. iij. De odoratu. quando facit odorari suauia et infirma vitari et fastidire. Quibus dicitur per Isa. Crit per suauem odorem fetor. sicut diues epulo. qui fastidiuit Lazari ulcerosum. nunc in fetore ignis et sulphuris torquetur in inferno. De gustu. sicut temptauit Euam Gen. iij. Et christum in deserto: quando dixit. hic ut lapides isti. et Math. iij. De tactu. protractando aliena inuito domino. quod pertinet ad furtum. sicut Achab qui abstulit virgam auream. et clamidem cocineam et pecuniam de rebo Jericho prohibitis Josue. vij. **N**el etiam tangendo impudica. sicut Ornan et Tares Genes. **T**emptauit quod in celo. quando. scilicet draco traxit ad terram terciaz partem stellarum. ut dicitur in Apocal. q. scilicet exemplo primi angeli supbientis. alij inferiores inclinati sunt ad idem: voluntarij tamen non coacti. In paradiso terrestri temptauit et vicit primos parentes serpentes qui erat callidior cunctis animalibus. i. diabolus per serpentes Gen. iij. In mundo temptauit Caym de fratericidio. et filios dei descendentes ex generatione Seth. ut videntes filios hominum. i. descendentes ex progenie Caym qui mali erant. quod essent pulchre. accepit in uxores

Ante et prauum facti sunt Gen. vj. Tercio temptat diabolus in omni tempore. a principio. scilicet mundi usque ad finem. et ab eo tempore quod quis incipit habere usum rationis usque ad decrepita etate. **U**nde saluator Luc. xxi. Vigilate omni tempore orantes ut digni habeamini fugere omnia ista. scilicet temptamenta. Et Grego. xxiii. moral. tractatus illud Job. **N**ec opus deus tribu vicibus per singulos. scilicet homines. ubi loquitur Job de homine temptato. et per temptationem consolato secundum expositionem eius. dicit hominem temptari a diabolo tribu vicibus. i. in principio uersionis. et in medio probationis. in termino migrationis. **E**t in principio quidem conuersionis. quando. scilicet efficaciter vult vitia deserere per penitentiam. vel ad religionem transire: cogitanti ista occurrit sibi illa familiaris sua carnalis delectatio. que inueterata quod tibi uti? sustinuit. tanto acius stringit. Et quod ibi memor. que anxietas? quando hic spiritus vocat. hinc caro reuocat. **U**nde de hoc amarescente homine dici potest quod Job ait. Appropinquauit corruptio animae eius? Sed quod diuina gratia diu nos istis difficultatibus affici non permittit. ruptis peccatorum nostrorum vinculis. citi nos ad libertatem uersionis noue consolatio perducit. et precedentem tristitiam subsequens leticia refouet. ut de ipso dici possit quod ait Job. liberauit animam eius? ne periret in interitum? **F**igura de labore et anxietate quas habuerunt israelite in exundo de egipto. et de mari rubro cum Pharaone sequeretur eos. Sed quod conuersio seueritate parit. mater autem negligentie solet esse securitas: ne securitas negligentiam generet. scriptum est. **F**ili accedes ad seruitutem dei. prepara animam tuam ad temptationem. **E**ccli. ij. Quod in christo figuratum fuit quia post baptismum in deserto temptatus fuit Math. iij. Tres autem sunt modi uersionis. scilicet inchoatum ubi sentiuntur blandimenta dulcedinis. meditatio ubi expiuntur certamina temptationis: et terminatio talis. scilicet stat? probationis ubi habet perfectio plenitudinis. **P**rius ergo dulcia suscipiunt uersi qui consolentur. postea amara quibus exercitentur. et demum suauia quibus confortantur. **N**am et sponsam vir quisque per dulcibus blandimentis fouet. quam tamen coniunctam asperis increpationibus probat. probata secure possidet. **U**nde in figuram plebs israelitica cum ab nuptias mentis ex egipto reuocaretur a deo. quasi array vice. prius accepit blandimenta signorum. **C**oniuicta autem. scilicet per legem acceptam. probationibus exercetur in heremo: probata in terra promissionis virtutis plenitudine confirmatur. **S**epe enim conuersi. in ipso adhuc principio sue conuersionis. vel tranquillitatem sue pacacissime carnis. vel bona alia suscipiunt. et post hoc duris temptationibus fatigantur: quibus si in ipso principio tangere retur. forte deficerent. **S**epe enim tandiu

291

1 sunt temptationum certamina. q̄ longa fuerunt i inchoatōie blandimēta. Sepe autem magis dat̄ in inchoatione dulcedinis. min⁹ autē i labore pbationis. et aliqñ econuerso. Plerūq; etiam ex eo q̄ cōuersus quisq; i inchoatione magnā gr̄e dulcedinē et dona recipit. p̄firmatōnez accepisse p̄fectōis se arbitrat̄. unde fit. ut dū subita temptatōnis p̄cella tangitur. despectū se a deo et p̄bitū arbitretur. Et hoc: quia suaz cōbitōnem et statum ignorat. Plerūq; etiā conuersus quisq; talib; tēptationib; agitaf. qualib; ante conuersionez nūq̄ pulsātū se reminiscit. et hoc: nō quia hec eadez temptatōnis rabiz deerat sed quia nō apparebat multis occupato. **Iuxta sūmaz vō certaminis. remunerat̄ quisq; plenitudine p̄fectōis et p̄solationis. s̄m illō p̄a. Scdm multitudinē dolorū meoz in corde q̄c. Et n̄ x̄po post temptatōnez accesserunt angeli et ministrabāt ei. ¶ Restat demū dura in morte temptatio. Cōsiderat em̄ p̄uersus et pbatus. qz oportet de oib; iudicari. et seuerē etiā de cogitationib; minimis. Quis em̄ cōsiderare valeat. q̄ta mala per momēta tpm̄ ipsis in cōstantib; cogitationū motib; p̄petramus. Propter hoc Dauid timēs. ait. Nō intres in iudicio cū seruo tuo. Et quid facient tabule. si tremūt columnē: Et n̄ et x̄pc solutiōni carnis appropinquās. et mēbroz suorū speciez seruās: factus i agonia certaminis plixius orabat Luc. xxiij. Deb dei adiutorio cōuersus et probat⁹. temptatores vincens. ad iubilū superne patrie puenit. Et de temptationib; i morte habes sup̄. in p̄cedenti titulo. ¶ Temptat etiā diabol⁹ i om̄i tpe. vni⁹ et eiusdem opera. quia i principio bone operationis. in medio. et in fine. ut declarat Grego. in. j. moral. Et in p̄ncipio quidē bone actionis. impugnat instigando mentē. ut sinistraz intentōnem in ip̄a habeat: ut. s̄. illā faciat nō p̄pter deū. sed p̄pter sui laudem vel aliū mundanū respectū. Intentio aē principium potest dici operis. quia finis ad quem respicit intentio. mouet agentēz ad operandum. Et ad hoc facit quod d̄r i Treñ. ¶ Facti sunt hospites i capite ei⁹. s̄. demones insidias posuerunt temptatis i capite. i. in principio opationis. ¶ Si ei resistit. intentōnez firmando i deum: tūc ponit insidias i p̄secutōe opis. inducendo vel ad vanā leticiam. v̄l nimiaz tristitiam et accidiām. vel iracūdiā. vel omissionez alicui⁹ debite circūstātie i ip̄o exercitio boni opis. elemosine. s̄. oratōis. ieiunij. correctōis. et huiusmodi. Et n̄ p̄a. In via hac q̄ ambulabā. s̄. bonoz opeꝝ. abscederūt laqueum. s̄. temptōnis mibi demones. Et ab hoc firmandum. ponit ip̄e Grego. figuraz q̄ habetur Diere. xli. videlicz. q̄ octoginta viri de silo et de samaria rasi barba et scissis vesti-**

bus. habentes in manib; thas et munera ad offerēdum i templo ibant. Quib; obuiauit **Israhel** fili⁹ **Nathanie** incensens cum eis et lugens: dixit. Venite ad **Sodoliam** dominū terre. quez. s̄. **Nabuchodonosor** p̄fecerat reliquos iudeoz qui remāserant i hierusalem. Et cum venisset cum eis ad mediū ciuitatis. occidit om̄es: decem exceptis qui dixerunt: ne occidas nos. et ostendam⁹ tibi thesauros frumenti et mellis absconditos i agro: quod dicto nō occidit. Significant hi exercentes se in actione decem p̄ceptoz et octo beatitudinū. Componit em̄ octogenari⁹ numer⁹ ex decem octies multiplicato. **Barbam** radere ē sibi virilitatez bonoz operum nō ascribere. sed deo. **Elstes** scindere est corpora abstinentijs macerare. **Thas** et mūera deferre. ē orationez et alia pietatis opera facere. Sed ista agenda i p̄secutione operum ipsoꝝ **Israhel**. i. diabolus occurrit instigans eos ad p̄sequēdum talia opera. et compassione quasi volens eos dirigere ad dominū terre. s̄. deū. per p̄secutōnem ipsoꝝ bonoz operum. ad quam sollicitat ut decipiat: sed i medio ciuitatis occidit. dum ad aliquā indiscretionem vel vitij mixtum aut defectū necessarie alicui⁹ circūstātie inducit. p̄ q̄ vita gratie priuanē. **Decem** vō euadunt habentes thesauros absconditos i agro. qz habentes thesaurū penitētie i agro cordis. cū p̄posito obseruationis decē p̄ceptoz: mortē eternam euadūt. **Qsi** vincere et decipere nō pōt i p̄secutōne: i fine operis ponit insidias. ut. s̄. inde hō supbiat vel aliud malum faciat. Et ad hoc facit illud **Gen. iij. Tu** insidiaberis calcaneo ei⁹. s̄. mulieris. i. anime. **Calcaneus** qui est finis corporis signat finem operis.

¶ **33** principale quod .s̄. iij.

est vidēdū circa tēptatōes diaboli. est varietas modozū. **Ponit aē Berū. septem** genera tēptationū. figurata p̄ septē capita dracois. insidiātis partui mulieris sole amicta. i. ecclesie seu aie virtuose. ut h̄i **Apoca. xij. ¶ Et** p̄ma tēptatio d̄r importuna: qz. s̄. diabol⁹ cōtinue et frequēter ad malū instigat. infra vires tñ tēptati. **Unde** Grego. d̄c. qz diabolus frequēter tēptat. ut hoiez saltem tēdio vincat: quod tñ deus p̄mittit ne hoies ignauia torpeant. **In c⁹** figurā d̄r **Judicū. ij. Das** gentes non deleuit de⁹. ut erubiret isrl in eis. **Et** loquitur de finitimis natōnib; cananeozum **Jebuseis** et alijs. **Unde** et de quodam sancto legitur i **vispatz. qz** temptatus fuit per septaginta annos a spiritu fornicatōis. **¶** **Secunda** temptatio dicit̄ dubia. qua anim⁹ vel mens tēptati dubitatōe inuoluit̄ circa aliq̄d fiendum. **A** temptatōne hac vidē pulsāt⁹ et detectus **Moyſes** ad aquas p̄tradictōnis. qñ

292

dixit populo. Audite rebelles et increduli. Nunquid de petra hac poterim? aquas eijcere: quasi dubitās de miraculo. s. exit? aquarū de petra. quod dñs promiserat. attendens ad malitias illi? populi. et min? ad dei clementiam. ut habet Numeri. xx. ¶ Tercia dicit subita. qua mēs vel ratio deliberare nō pōt. ppter improvisionē tps. Hac tēptatione videt? pulsat? Aaron. quādo petēte populo iudeorū ut faceret eis deos quos adorarent. cuz iam Idur sputis interfecissent. qz eis contra dicebat. ut dicūt hebrei: timēs ne contradicendo nonsolum eum occiderent: sed etiaz in egipto reuertētur. insubito torques aureas et anulos quos mulieres portabāt in auribus postulavit. Forte credens. qz ex avaricia ei dare nō vellent. Acceptis tamen piccit in ignes. ex quibz conflat? est vitulus aureus. forte opere diaboli. quez populus adoravit. ut habetur Exodi. xxxij. Exēplum etiaz de Lotb. qui insubito voluit filias suas exponere libidini sodomitarū ne hospites sup hoc molestarent Gen. xix. Et de hoc. xiiij. di. Qd ait. ¶ Quarta dicit occulta. qua ratio deliberare nō potest. ppter absconsionem rei: qz lis fuit temptatio discipulorū. quādo cōtēdebant quis eorū essz maior Luc. ix. Fel quādo Jacobo et Johanne petebāt a xpo. ut facere possent ignē descendere de celo ad comburēdū samaritanos. qz xpm cū discipulis hospitio nolebant recipere Luc. ix. zelo putantes moueri qz tamen ver? zelus nō erat. ¶ Quinta dicit violenta. qua mens ppter quādā violentiam cōducitur ad cōsensum. Et hac devictus Peter? ut mortē vitaret xpm negavit Matb. xxvj. Hac etiaz instigata Susanna. ut assentiret senibz i actū turpē. viriliter resistit Daniel penul. ¶ Sexta dicit pplexa. que varijs vitijs animū impedit. et cū alterum illoz malozum necesse videatur fiendum. ppter diuersas ratōnes: nescit qd min? sit malū. Hac temptatione pmotus Iepthe. ut votū seruaret quod domino fecerat. p hostiū habenda victoria. ut primū. s. occurrens sibi de domo sua animal. reuertenti de prelio dño immolaret. Occurrentem filiā vnicam in sacrificiū obtulit. ¶ Septima dicit fraudulenta. qua mens p quādā dolosā extimatōz seducitur et cōsentit sub specie alicuius boni. Et sic satbanas transfiguratur se in angelū lucis. ut dicit apostolus. Hac fuit seductus vir dei. qui missus a iudea ad increpandum Jeroboam de idolatria. et prohibet? a deo ne ibi comederet. s. i samaria. inuitatus a quodam alio ppheta ex parte domini ad comedēdum. mendatōse tamen loquens. assentit ibi comedendo: ppter quā transgressionem i via strangulatus est. ut habetur. iij. Regū. xiiij. Et quis Gratian? dicat. xxxij. q. j. §. qz autēz

error persone. Qz non est piculosus error: cū diabolus se transfiguratur in angelum lucis. si creditur bonus cū bonū se simulat. Unde si quis simpliciter interrogatus tunc ab eo. si vellet in ei? consortiū trāsire: Rūderet qz sic. nō ex hoc intelligeret consensisse i consortiū damnationis. Tamen qz talis adoraret eum et assentiret locutioni sue false: nō excusaret a peccato mortali. fm Alexandrū in sūma. quia non debet quis esse facilis ad adorāduz vel ad credendū huiusmodi. nisi bene certificatus. Et credendū est. qz in huiusmodi debite se habendo et humiliter. deus nō permitteret decipi. si apponeret omēz diligētā quā deberet: quia de? reuelaret vel p se cognosceret. sicut legim? de beato Martino. Et p hunc etiā modū. s. per fraudulentias. hoc est ostensionem miraculorū. sed falsorum: terribiliter temptabit tempore anti xpi. ita ut in errorēz inducantur si fieri potest etiaz electi. ut dicit xpc Matb. xxiiij. Et apostolus inquit. qz aduentus ei? .s. anti xpi. est in omnibz signis qz pdigijs mendacibus. Et p huius. declaratōne sciendum fm Tho. in prima pte. q. cxiij. articulo. iij. qz si miraculū pprie accipiatur. demones miracula facere non possunt nec alia qua creatura sed solus deus: quia miraculū pprie dicitur quod fit preter ordinēz tñ? nature create. Sed qñqz miraculū dicitur largi quod excedit humanaz facultatem et cōsideratōz. et sic demones possūt facere miracula. que .s. homines mirant. in qz tū eorūz facultatez et conditionē excedunt. ¶ Alibi notandum est qz omēs transmutatōnes corporaliū rez. que fieri possunt per aliquas virtutes naturales. seminū rerū ad quas pertinent pdicta semina. possunt fieri p opatōem demonū huiusmodi seminibz adhibitis. Dicit cū alique res trāsmutatur i serpentes et ranas que p putrefactōz generari pnt. Ne vō trāsmutatōnes qz fieri nō possūt virtute nature. nullo modo opatōne demonum fm rei veritatez perfici possunt. sicut qz corpus humanū vertatur in brutale animal. vel qz mortuus suscitetur. Et si aliquando aliquid tale opatōne demonū fieri videat. hoc nō est fm rei veritatez. sed fm apparētiam tñ. Quod quidez dupliciter potest cōtingere. Vno modo ab interiori fm qz demon potest immutare fantasiam hominis. et sensus corporeos. ut aliquid videatur aliter qz sit. et hoc etiam interdum fieri dicit? virtute aliquarum rez naturalium. Alio modo ab exteriori. Cū em diabolus possit fozare corp? ex aere spissato cuiuscunqz forme et figure. ut illud assumēs in eo visibiliter appareat: potest eadem ratione circūponere cuiuscunqz rei corporee. quācunqz formā corpoream. ut in eius specie videatur. Et hoc est quod Aug? ait in. xviiij.

293

te ciuit. dei. f. q. fantastico hoīs quod etiam cogitatio siue somniatio p rerum innumera- biliū genera variaf. velut corporatū i alic' animalis effigie. sensib' appareat alienis. Qd fm. b. Tho. nō sic est intelligendū. q. vis ipa fantastica hoīs aut species eius eadē numero incorporata alterius sensib' ostendatur. Sed quia demon qui i fantasia vni' format aliquā species. ipse etiam potest similes species alteri' sensibus offerre. Exēpla habes de his. de Samuele ficte suscitato. seu demone apparēte Sauli in forma Samuelis. ad inuocatioē phitonisse: et socijs oliris i bestijs mutatis. vt habes. xx. vj. q. v. Nec mirū. Per hec autēz falsa miracula temptat diabolus. intēdendo homines ducere in errorem. et credulitatez alicuius falsitatis.

Terciuū pncipale no. S. v.
 tandū est. f. qualitas et varietas eoz qui tēptat. Nam aliqui sūt infideles. aliqui fideles. Et inter fideles aliqui sūt mali. alij boni. Et inter bonos aliqui pfecti. alij impfecti. Et i fideles quide' multipli' impugnat' i. pluribus temptationib': sed acius fideles. Rō hui' est. quia fm Greg. q. to crebrius qd diabolus se subijcit: tāto intollerabilēz sibi facit. vt ei reluctari nō possit. Sed cum infideles crebri' se subijctant diabolo. eis temptatō fit magis intollerabilis et frequētiōz: cum non habeant scutū fidei quo se tueantur. De quo scuto ap' ad Ephe. vj. In omnib' sumentes scutū fidei i quo possitis oīa tela nequissimi extinguere. Sed ex alia pte acri' impugnat fideles q' infideles. magis em' appetit deijcere fideles. q' magis sibi resistentes. Secūdo sciendū. q' intentio et appetit' diaboli. maior est ad temptandū bonos q' malos. S; ex pte temptati magis tēptat malos q' bonos. Huius rō est: quia cū malos ias possideat. non autēz bonos: ideo magis conat' p tēptatōē ad trahendū ad sui dñum iustos q's nō habet. q' possessos malos. Sicut etiaz aliquis princeps terrenus. magis insurgit ptra illū qui plus aufert de iure suo. vel qui pl' nocet regno suo. q' cōtra alios qui non sibi cōtrariatur: ita diabol' plus insurgit ptra bonos qui pl' nocent regno suo p documenta et exempla virtutū. q' cōtra malos qui i hmoi se non exercent. Sed ex pte tēptatoz. amplior abilitas est i malis ad recipiendū temptatōz demōis q' sit i bonis. mali em' inclināt ad tēptatōz demōis. boni vō resistūt in q'tū tales. Propterea ipi mali veniūt ad diabolū. vt tēptē ab eo. puenientes tēptatōes. Tertio fortōib' et occultioib' tēptationib'. impugnat pfectos diabol' q' impfectos. Unde Leo papa i sermone. Nemo de sui cordis puritate cōfidat. qz pugil ille hostis. acriorib' pulsat insidij. q's maxie nouit abstinē a pctis.

Minus tñ laborāt. et facili' vincūt tēptatōnes. ipi pfecti q' impfecti suas leuiores. An imperfecti vt infirmi. nullo modo debēt appetere se velle tēptari. Et hoc triplici ratōe. f. oīōis. pformatōis. et pditionis. ¶ Et ratiōne quidez oīōis pbat sic. Illud debem' desiderare quod debemus orare. Sed dñs nos docet orare: ne inducamur in tēptatōes. q' illud debemus desiderare. Est ac duci i tēptationēz. cōsentire delectatōni. et delectari de q' quis temptat. Nō autēz inducit de' i tēptationēz causaliter seu efficiendo. sed pmissiue et desolendo. ¶ Ratōne ac cōsolatōis pbat sic. Sicut voluntas nra volūtati diuine debet esse conformis: ita a volūtate hostis debz esse discordās. Sed hostis n' diabolus vult et petit nos tēptari. An dicit' Luc. xij. Ecce sathanas expetiuit vos. f. a deo pmitte. vt cribraret sicut triticū. i. vt p tēptatōē concuteret et p'urbaret sicut triticū qd cribratū et ventilatū cōcutit. ¶ Ratiōne demū pditionis. infirmi et impfecti nō debēt appetere tēptari. Qd sic pbat. Illud quod est ad malū finez ordinatū. nō debem' appetere s; odire. sed tēptatio est ordinata ad malū finez. i. ad pditionem. q' debemus eā odire nō appetere. Ad salutē aut' hominū non est ordinata nisi p aliud. f. per auxiliū diuine grē. q' temptari non est simpliciter appetendū. hec. b. Tho. sup. ij. sen. ¶ Perfecti aut' et expti debent appetere tēptari. tum ppter paciētia. tum ppter coronā. tum ppter victoriā. In tribulatōe et temptatōne relucet virt' patientie. fm illud Iaco. j. Tribulatō patientiā opat. Hanc ac tēptatōnem pmissit deus. f. Tobie euenire. vt posteris dare' exemplū patientie ei'. sicut et sancti Job. Secūdo debēt appetere iusti et perfecti tēptationē ppter coronam. Iaco. j. Beatus vir qui suffert temptatōnem. quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Dicitur autēz sufferre temptatōnem. q' in sensualitate temptatōnez fert sub ratione. ne ratio succūbat. Et dicitur sufferre. q' deozum fert temptatōnem. scilz conculcando et vilipēdēdo. Et etiaz suffert. q' sub deo fert. non murmurādo: sed voluntati diuine se cōformando in temptatōib' et tribulationib'. Vel suffert temptatōnem. qui pro his que sursum sunt id est celestib'. fert temptatōnes et tribulatōes. ¶ Tertio propter victoriā. Qui enim certus est de victoriā debet bellum appetere. Sed sancti ex perfecto dei amore sunt quasi certi de victoriā. Dicitur enim in Canticis. Multe aque scilicet tēptationum et tribulationū. non potuerunt extinguere caritatem. Unde apostolus Ro. viij. Quis nos sepabit a caritate xpi: tribulatio an angustia. f. mētis anxietas: que cōtingit in temptatōib'. quasi diceret: nihil.

294

